CLARISSIMO VIRO

VIGLIO ZVICHEMO

PHRYSIO,

Priuati Concilij Hispaniarum Regis apud inclytam Bruxellam Præsidi dignissimo,

Georgius Viuiennus Antuerpianus

S. D.



QVIDEM admirari *sæpe soleo, Dignissime Præses, cùm tot tamq; indignis modis humani generis natura sit deprauata, adeóq; procul ab insita ac genuina sua indole recesserit, vt vix sui similis esse videatur: Diuino tamē munere & concessu quosdam semper extitisse homines, qui excellenti quopiam planéq; cælesti spiritu instincti, de officijs humanæ naturæ, de legibus, alijsq; id genus honestæ vitæ præceptis ac retinaculis, grauiter & scriberēt, et disputarēt: vt ne quô iā lōga peccādi cōsuetudine, et graui naturæ suæ vitiositate hoīes vehementer procliues erant, in oīa flagitiorū genera ꝑcipites irēt. Quāuis enī externa hoīs species, aut vt Plato appellat,* τὸ ἔλυτρον *simplex sit, si tamen internam quoq; conditionem, ac totum hominem propiùs contemplari, penitiusque introspicere velimus: penè nihil homine prodigiosius fingi potuisse deprehendemus: Quippe qui ex duabus aut tribus partibus multo diuersissimis compactus, perpetuo quodam, eóq; intestino bello grauissimè sine fine concutitur &*

diuexatur: vt turbatis seditione sensibus, vix vllæ leges tanto in tumultu audiri posse videantur. Et corpus quidem si intueamur, vsq; cô brutorum generi non præstat homo, vt firmitate, mole, robore, velocitate, cæterisq; dotibus eius omnibus inueniatur inferior: animã verò eiusq; dignitatem & energiam si spectemus, adeò hac parte diuinitatis capax est, vt ipsas etiã separatas substantias ac spiritales liceat præteruolare, adeóq; vnum cum Deo fieri. Quòd si corpus ei additum non fuisset, numen erat: si mẽs corpori nõ fuisset indita, pecus erat. O monstrum hominis. Has tamen duas naturas, tanto inter se discrimine distãtes, tamq; diuersas, summus ille Demiurgus mirabili quadam concordia optimè colligarat. at cacodæmon ille, capitalis pacis inimicus & hostis, infœlici rursus discordia disiunxit: vt iam neq; dirimĩ queant sine maximo cruciatu, neq; coniunctim viuere sine aßiduo & implacabili bello: planèq; (quod dici solet) vtrunq; in altero auribus lupũ tenet, possetq; mutuò competere versiculus ille lepidißimus: nec tecũ possum viuere, nec sine te. Adeò graui & perplexa seditione inter se tumultuantur, veluti diuersa, quæ vnum sunt. Corpus, vt ipsum est visibile, rebus visibilibus capitur & delectatur: vt est mortale, temporalia sectatur: vt est graue ac terrenum, deorsum sidit, atque terrena quærit. Contrà anima generis ætherei memor, summa vi sursum nititur, et cum terrestri mole luctatur, contemnit ea quæ sub aspectum cadunt, scit enim esse caduca: quærit quæ verè, quæ semper sunt. Immortalis amat immortalia: cœlestis cœlestia. Similis similibus afficitur, nisi penitus fuerit per prauam consuetudinis corruptelam corporis immersa sordibus. Neque

verò hanc

verò hanc tam grauem tamq; miserandam discordiam fabulosus ille Prometheus hoīs naturæ insæuit: qui, vt apud poëtas est, menti nostræ de quoq; animāte particulam aliquam admiscuisset: neq; primitiua conditio, quæ vtiq; recta fuit, indidit: sed peccati pœna inuexit: peccatum, quod bene conditum erat, malè deprauauit. Pœna siquidem nec iustior, nec verò conuenientior esse potuit: quàm vt qui Deo rerum omniū architecto, suoq; conditori parere recusarat, ipse sibi grauis atq; rebellis fieret, & vt vellet, obedire non posset: vt pectus hoīs haud dißimile sit seditiosæ cuipiam Reipubl. quā quoniam ex varijs hominum generibus cōstat, propter dissensionem studiorū in varias etiam scindi partes, crebrisq; motibus & factionibus collidi oportet. Hoc tantū dißidium cùm in vnoquoque sit homine, eóque non possint non in quauis hominū societate periculosi ferè oriri motus, & graues extare seditiones: non defuere tamen vllis sæculis magni viri, qui quasi meliori sydere nati, considerantes hanc tantam rei indignitatem, non cessauerūt, túm in se, tùm ī alijs hos intestinos motus, quoad eius fieri posset, diligenter componere, atque represso insano illo affectionū noxiarum tumultu, rationē officij dignitatisq; suæ commonere, ad se vt regnum pertinere cogitaret, atque ita lege naturæ comperatum esse, vt ipsa quidem sola tanquā dictator præsit, præscribat, imperet: subiecti verò sint & pareant affectus omnes, cùm cæteri qui non perinde bruti sunt, tum in primis qui à recto iudicio quàm maximè, & omnino δὶς δὶα πασῶν dißident, suntq; infimè ad pecorum humilitatē abiecti: quod genus sunt, libido, luxus, inuidentia, hisq; consimiles animi morbi: qui ad vnum omnes veluti fera-

 uifor-

ui sordidi & improbi ergastulis sunt coërcendi, vt si queant, pensum operámque domino præscriptam præstent, sin minus, nihil certè damni dent. Etenim modis oĩbus indignũ esse censebant, naturã humanã ignoratione sui primùm, dein morum peruersitate, quæ diu inter mortales inoleuerat, de gradu naturæ sublimis deiectam esse, quæ à primordijs rerum cognata fuerat affinisq; diuinæ, ac ab ipso statim tyrocinio vitæ erraticis mendosisque moribus imbutam, ex perenni contagione passim pollentis imperitiæ in ordinem quodammodo cæterorũ animaliũ redactam esse, quum tamen numero, vt dicitur, exẽpta sit, idque originis insignitæ nobilisque priuilegio. Quã ob causam homines nõnulli ingenti concepto spiritu, latentem veritatẽ, multáque caligine conuolutam summi boni naturam indagare, ac per omnia naturæ vestigia persequi instituerunt, studio sanè acri ac vehementi: fecerũtque posthabita corporis fortunarũque cura, disciplinarum vt honestissimarum facultatem sibi primùm compararunt, deinde earum adipiscendi viam quandam posteris ratione ac præceptis munitam traderent, & procliuem, quantùm id fieri posset: quo inanium, fluxarum, friuolarum rerũ aut moderato, aut semel etiam excusso studio, ijs rebus operam nauare inciperent, ex quibus homini cùm humanitas accedit, tum verò ratio & intellectus, natura tantùm incohoata instituuntur et cõsummantur, sine quibus nec expeditè satis, nec commodè, nec eleganter pensum agendæ vitæ absoluere possumus: ita futurum arbitrantes, vt homines nimium de corpore meriti, ob idque humi serpentes, vt bruta animantia, excitare tandem sese possent, et assurgere ad cognitionem sui, ex

eóque

eóque intelligentiæ gradu sursum faciem erigere, ac ad cœlum aspirare. Porrò vnicum hunc fuisse scopum eorum qui vetustissimis illis temporibus efferatos hominũ animos ad humanitatẽ informare, legibusque moderari studuerunt: indicio est, τὸ γνῶθι σεαυτόν, paucissimis, vt oppinor, satis animaduersum, suisque põderibus expensum, in templo quondam toto orbe nobilissimo consecratũ, tanquã oracularis prudẽtiæ caput. Huc enim summa humanæ sapientiæ pertinet. Circa hoc Philosophia, & de natura, & de moribus differens, præcipuè cõmentata est, id deniq; mortales inter diuos olim relatos, diuinisque honoribus gentium scitis donatos, cœlum vt suspicerent admonuit: despicerẽt autẽ res temporarias, ac infra se positas. postremò is fuit sensus, vt simile veri est, sæculis illis antiquissimis, quæ Heroas edidisse dicuntur. Atque hoc, mea quidẽ sententia, ingeniosissimorum hominum studium originem nobis iuris primũ naturalis, tũ gẽtilis quoq;, atq; ciuilis dedit. Nam qui seipsum norit, haud difficulter intelliget, aliquid se habere diuinũ, vt ait Cicero, ingeniumq; in se suum sicut simulachrũ aliquod dedicatũ putabit, tantóque munere semper dignũ aliqd & facere et sentire studebit: & cùm se ipse perspexerit, totũque tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam, ac nihil perinde conuenire, quàm si ex natura viuat: & naturæ quidem ius esse, quod nobis non opinio, sed quædam innata vis adferat: hinc Religionem illam prouenire, quæ in cultu ac reuerentia summi numinis consistat: hinc pietatem, quæ erga patriam aut parentes aut

 alios san-

alios ſanguine cōiunctos officiū cōſeruare moneat: hinc gratiā, quæ in memoria et remuneratione beneficiorū, & honorū, et amicitiarū obſeruantiā teneat: hinc vindicationē, per quā vim & cōtumeliā defendendo aut vlciſcendo propulſamus à nobis, & à noſtris, qui nobis eſſe chari debēt, & p quā peccata punimus: hinc obſeruātiā, p quā ætate, aut ſapiētia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedētes reueremur et colimus: hinc veritatē, per quā dam⁹ operā, ne q̄d aliter q̄ cōfirmauerim⁹ fiat, aut factū aut futurū ſit. Hinc deinde tāq̄ ex vberrimo quodā fonte per varias gentes & ciuitates, variæ quoq; leges promanarūt: quibus illi quidē q̄bus à natura maior quædā ad virtutē propenſio atq; conatus obuenisset, de officio tātùm admonerētur, quippe qui ſtatim vt via indicata eſſet, ſua ſponte ſatis alacriter ad honeſtatē cōtēderēt, alij verò metu quodā à diuerſa via retinerentur. Etſi enī Ariſtoteles interrogatus quid emolumenti ex lōgo ſapiētiæ ſtudio cepiſſet, reſpondit, vt autor eſt Laertius, τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν ἃ τινες διὰ τὸν νόμων φόβον ποιοῦσι: *quoniā tamen vix paucis ad eū modū philoſophari cōtingit, ſed ob vitioſitatē naturæ ferè fit, vt maior pars vicat meliorē: operæpretiū fuit certas quaſdā inuenire leges, q̄bus q̄ refractario eſſent ingenio, illi quidē quantùm fieri poſſet aſſuetudine paulatim ad meliorē quoq; vitæ rationem pellicerētur, reliquorū certè pro!itas interim ab eorū iniurijs defenſa foret. Nam vt præclarè veriſſimeq́; ab eodē Philoſopho ſcriptum eſt,* ὥσπερ καὶ τελεωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης χείριστον πάντων. Χαλεπωτάτη γὰρ ἀδικία ἔχουσα ὅπλα, ὁ δ᾽ ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ, οἷς ἐπὶ τἀναν-

τία ἐστὶ χρῆσθαι μάλιστα. διὸ καὶ ἀνοσιώτατον καὶ ἀγριώτατον ἄνευ ἀρετῆς, καὶ πρὸς ἀφροδίσια καὶ ἐδωδὴν χείριστον. Quã[q] aũt singulari quodã benefi- cio summi numinis, operáq; & studio maximorũ viro- rũ nũc ita constitutã Iurisprudẽtiæ disciplinã habea- mus, eóq; fines eius prolatos, vt ad summũ penè gradum peruenisse videatur, proindéq; minimè sit opus, vt nos nostræq; farinæ hõies quicq̃ operæ aut olei in scribẽdis libris cõsumamus, quibus huius facultatis pomeria aut extendere aut colere nitamur, quum hac in parte, si vl- la in alia, abundè à plurimis, iisdéque doctissimis viris, quorũ tu nequaq̃ postremus es, sudatũ sit, quorũ vtilis- simis monumẽtis oĩbus frui licet: tamẽ quoniã nõ oĩbus per occupationes, aut ætatẽ etiã grandiorẽ, tã latè oẽm in partẽ patentes Iurisperitorũ terminos assiduè per- lustrare licet: rem haud absurdã me facturũ sum arbi- tratus, si toto vtriusq; iuris corpore quãta possem ma- xima diligẽtia semel, iterum, iterúmque euoluto, inde SYNOPSIN quãdã ad meã ipsius vtilitatẽ cõpa- rarẽ, cuius oportunitate fieret, vt ĩ medijs etiã grauis- simisque negotijs ipsum corpus ceu breui tabula com- prehensum, ob oculos positũ quandocũque cernere libe- ret, etiã liceret: eò quòd si destinatũ finem consequutus essem, nulla lex quãlibet prolixa, nulla regula, nulla sententia Iuris studioso necessaria, in vniuerso corpore Iuris vel diuini, vel humani foret, quæ non paucissimis verbis hoc in enchiridio contineretur: imò nullus Iuris flosculus, nullũ brocardicũ vspiam vel in contextu vel in glossa extaret, quod hîc nõ protinus & emendatius & cũ auctario desideranti in oculos incurreret: quan- doquidẽ vt idipsum commodius fieret, ordinẽ Alphabe- ticum in rerũ dispositione me sequuturum arbitrabar,

qui statim de quauis re, & verborum phrasi, aut sententiarũ definitione quærenti respõderet. Quod opusculũ cùm iam ad vmbilicũ perduxissem, & vt ad meã tantùm vtilitatẽ conscripseram, ita etiã intra priuatos parietes continerem, semperque continendum iudicarem, vt domino tantùm suo, cui elaboratus erat, fructũ expectatum adferret: accidit vt amicis quibusdam, qui (vt fit) me salutandi gratia nonnunquam adire solent, in manus venerit. Hi primò gustatis aliquot pagellis, dein maiori animaduersione toto percurso libello, tum eodem non minori auiditate regustato (vt quidem præ se ferebant) penitus consilium meum quo adscribendũ veneram labefactare aggreßi sunt, iniquũ esse clamitantes, vt qui libellus nõ vulgarem vtilitatem, si euulgaretur, de se præbere posset, is adeò mordicus à me domi & obstinatè promeretur: esse enim permultis eandẽ legendi causam, quæ mihi fuißet scribendi. Atque illi quidem toto pectore id agebant, vt relicta priore sententia, quem priuato vsui libellum paraueram, eũ publicare in animũ inducerem. Verùm ego ab huiusmodi instituto tunc quidem temporis prorsus abhorrebam, tum ob alias nonnullas causas, tum quòd non ita pridem nõ sine meo malo expertus essem, quàm sit quorundam Typographorum supina oscitantia, ac eorum qui formulas componunt, aut corrigendis præsunt, nõ ferenda incuria. Quorum hominum quoniã ferè omnino ἄμουσοι sunt, in huiusmodi scriptis, qualis est hæc nostra SYNOPSIS, perfacilis vbique lapsus est, quum non rarò prætermißio vnius syllabæ, imò frequẽter vnius literæ defectus, aut etiã pũcti, totas corrũpat leges, aut legũ allegationes. Ἀλλὰ τί ἂν καὶ πάθῃ τις, ὁπότε φίλοι τινὲς ὄντες βιάζοιντο: *Iacienda itaq; fuit alea*

paulo secũdioris fortunæ spe subnixis, quã superiorib⁹ tẽporibus vsi sumus. Absit enĩ, vt si quid in nostra q̃uis tenui literularũ suppellectile iudicio doctorũ virorum habere videamur, quod ad cõmunẽ vtilitatẽ non nihil cõferre poßit, id ꝑtinaciter publico negemus, quãdo iuxta Græcorũ prouerbiũ ἄφθονοι τῶν μουσῶν θύραι esse debẽt. Nam quod ad sciolos quosdã attinet, id verò nostro quidẽ iudicio, tãti nõ est, vt propter eorũ maleuolẽtiã publicis studijs bene velle & facere etiã, quãtũ quisq; potest, desinat. Procudimus ante annũ, aut circiter, quatuor Oeconomicorũ libros, cõsarcinauim⁹ sub idẽ tẽpus totidẽ Ethopoliticorũ Centones, quibus simul ea docemus quæ ad mores priuatos, simul quæ ad magistratùs, similesque functiones ciuiles ꝑtinent: criminati sunt factũ, & q̃dẽ vehemẽter, nec malo, vt sibi videbãtur, iure. Edidimus postremò libellos de officio pij patris & matris familiâs. Hîc demũ se cõtinere nõ potuerũt, quin nimisquã impudẽter in autorẽ eius debaccharẽtur, haud cõuenire vociferãtes, vt qui ĩter Iurisperitos nomẽ ꝓfiteatur suũ, is in huiusmodi argumẽtis tractãdis operã aliquã studiũq; ponat, quod illud aliud sit nihil, q̃ falcẽ vt dicitur, in alienã messem mittere. O excussum iudiciũ, et, si dijs placet, vel Ariopago dignũ. Vt enim disciplinarum facultates inter se distinguunt, ità vni tãtũ ꝑ totã ætatẽ incũbendũ esse censent, cæteras quasi aduersæ sint fugiẽtes. Ergo malè sibi, suisque studijs cõsulere videbũtur? q̃ flagitiosißima quorũdã cõsuetudine relicta, q̃ sapiẽtiã quæstui habere instituentes, tẽporis cõpẽdia sequũtur doctrinæ dispẽdio, nõ à rudimẽtis literarũ statim ad verã solidãq; eruditionẽ contẽdũt, sed velut gnaui ac strenui indagatores ꝑ oĩa oĩm disciplinarũ monumẽta eã vestigare ĩstituũt? Vbi igitur orbis ille disciplinarũ? quẽ orbẽ magnorũ spirituũ olim homines, vel potius Heröes nationis literariæ,

non vno quidē illi & altero spiritu, sed tamen vna contentione, inoffensóque tenore percurrere solebāt, quēq; in fabularū vetustissimis cōmentis adumbratum videmus: qualia sunt aurea Mercurij virga, ægis illa Palladis, deniq; Musarū cantus, cū cæterarū, tū Calliopes earū coryphææ, ἣ δὴ, vt inquit Hesiodus, προφεστάτη ἐστὶν ἁπασίων. Etenim *ipsarū chori auios in montes abstrusi à vatibus, & veluti per manus reste data conserti, nihil aliud potius, quàm scientiarū cōsensum, coniunctionemq; studiorū significāt, & manifestè ostēdūt. Adeò vnā & alterā sine reliquis mancas esse censebat antiqtas, et necessarijs adminiculis destitutas: vt præter alias etymologias cōmodissimè* μούσας *appellatas esse credā, quasi* ὁμοῦ οὔσας. *Etenī oēs artes quæ ad humanitatē ptinēt, qbusq; Musæ præsidere creditæ sunt, habēt quoddā cōmune vinculū, & cognatione quadam inter se continentur. Nunc verò quid indignius, quid præcellentissimæ literarū claritati turpius? quā quod quorundā desidia hac tēpestate passim fieri videmus, vt qui aut medicos, aut Iuris studiosos, aut alterius cuiusuis scientiæ sectatores se profitentur, si quādo vsu venerit, vt de aliqua earū differendū eis sit, cuius titulū ipsi nō susceperint, imò verò si oratio ipsis paulo cultior habenda sit, ij nisi veniā perambitiosè præfati fuerint, tā impudenter atque improbè facere videātur, quàm qui aliena de messe fascem collectum eunt? quasi circulus ille disciplinarū, qui olim optimè coaluerat, nūc in partes solutus sit aut concisus, debeatq; vna solùm in eius parte quisque versari, eamq; tueri & tractare tantùm, alijs oībus prætermissis, cui semel se addixerit. Verùm enimuerò nō hæc eò à me dicūtur, quòd cuiquam eam de*

me existimationẽ præbere cupiã, quasi inclytã illam, magnificeq́ olim celebratã ἐγκυκλοπαιδείαν aliquo modo absoluissem: haudquaq́ ita stolidè placemus nobis & blandimur ipsi, vt id nobis arrogare nõ pudeat, quod vix paucißimis, vt tanto quidẽ in studiosorũ numero, magno ingenio, summóq́ studio viris cõtingere potuisse cõstat: Tãtùm illud specto, vt barbarã quorundã sciolorum importunitatẽ coarguã. Quòd si olim, dũ erat tẽpus, ipsis, nescio quo fato (neq́ enim culpã impingere libet) rectè studiorũ rationẽ inire nõ cõtigit, iamq́ in grãdiori ætate eã mutare pudet, pigetq́, debebãt saltẽ gratulari ijs, quibus id dexteriore Minerua aut indultum, aut nõ omnino negatũ esse viderẽt: certè inuidere & obtrectare minimè debebãt, nedum bucculentis (vt ita loquar) conuicijs persequi: Quãquã vereor, vt vel nũc satis operã meã illis probaturus sim, cùm hãc vtriusque Iuris SYNOPSIN in lucẽ emittimus, quã negare nõ poterunt, quin ex media nostra professione producta sit. Nã & de ætate nostra nescio quid eos interdũ cõmurmurare audio, ceu ea minor sit minorisque iudicij, quàm vt tã varias res simul & difficiles tẽtare debeat: minor etiã sit, quàm vt eã Gallici Doctores in ordinẽ suũ cooptare debuerint. Quid est, si nõ illud est, cornicum oculos configere? cùm hi ipsi Critici quãlibet prouectæ ætatis ne vnam quidẽ causam, vt credo, bono iure duntaxat defensitare possent, eoq́ cogitare meritò deberẽt, doctrinã nõ tã annorũ numero, quàm ingenio, studioq́ æstimandã esse: posteaq́, si ætatem spectare libeat, etiã bis pueri inueniãtur senes. Sed valeãt cũ importuna sua maledicentia morosi isti vitiligatores, et si quidẽ sapiẽtiæ nõ omnino vanã opinionẽ apud cordatos

homi-

hoines habere velint, meminerint ante oĩa se eã non carpendo aliorũ lucubrationes consequuturos esse, sed imitando potius, aut meliora etiã præstãdo, ne vt sunt plærique, ita etiã apud eruditos habeãtur μωμᾶσθαι μὲν δυνατοὶ, μιμεῖσθαι δὲ ἀδυνατώτατοι. Apud nos profectò eorũ improbitas nunquã tantũ momenti habitura est, vt ob eã à recto summisque viris semper frequentato studiorũ instituto vel latũ culmũ deflectamus, minusque de publicis bonarũ disciplinarũ studijs, si qua parte ea iuuare possumus, bene mereri velimus & enitamur. Quamobrẽ cũ hanc vtriusque Iuris SYNOPSIN nostrã nõnulli familiares amici minimè obesæ naris, sed Iuris vtriusque viri cõsultißimi indignũ esse iudicarẽt, vt domi ppetuò asseruarẽ, eiusque vsum hoc pacto Reipubl. literariæ inuidiosè subducere viderer, permisi haud inuitus, vt priuatis parietibus relictis, in publicũ prodiret, quẽque suo dño aliquãdiu fructũ attulerat, eũ quantũ in se esset, oĩm studiosorũ coẽm faceret. Porrò vt hoc qualecunque opusculũ noĩs tui claritati nũcupandũ putaremus Præses dignißime, potißimùm nobis causam dedit singularis tua in nos beneuolentia: qua factũ est, vt pluribus longeque maioribus beneficijs libẽtißimè agnoscamus nos dominationi tuæ deuinctos esse, quã vt vnquã pares referre gratias posimus: quo sic quãdoquidẽ tantæ benignitati re satisfacere in nostra nõ est potestate, saltẽ volũtas defuisse nõ videretur, si hoc qualequale grati animi monumentũ apud oẽs publicè extaret: quanquã etiãsi huiusmodi causa nõ suppeteret, libelli huius dedicatio, quoniã SYNOPSIN vtriusque Iuris cõtinet, nõ oĩno malè cũ dignitate tua cõuenire æstimari queat. Ita enĩ se res habet: tu quidem & qui simili in dignitate sunt

constituti, tanquã ad gubernacula rerũ humanarũ per Reges merito vestro collocati, modis oĩbus summaque vigilãtia in lõgũ porrectis oculis prouidetis, vt quãuis horribiles interdũ oriantur tẽpestates atque procellæ, quãuis multi paßim existãt scopuli in cœlũ etiã minantes, quãuis multæ ac periculosæ hinc inde Syrtes, Scyllæ, Charybdes, aliáq; id genus mõstra locorũ appareant, per hæc tamẽ uĩa ciuitates atque Respublicæ sic cursum suũ teneant, vt si minus præcaueri poßit, quin subĩde superãte fortuna leuis aliqua sit faciẽda iactura certè sine naufragio per impetuosum huius mũdi pelagus ĩ portũ salutis appellãt: Nos verò quasi Celeustarũ munere fungẽtes, per huiusmodi librorũ voces quoquô versus pertingẽtes, ac oĩm circũsonãtes aures, breuib⁹ licet verbis, tamen sedulò monemus & cohortamur, vt quoniã isto in negotio alij aliã vobis subsidiariã operã præbere debẽt, partibus quisque suis gnauiter ac ꝓ virili satisfacere nitantur, quiescant q̃bus cura nulla aut functio demandata est, sed ociosè sub foris agere cõceditur: ne importuna sua φιλοπραγμοσύνη, ac inordinato discursu dũ nihil agũt, agãt nauẽ in ꝑiculũ. Porrò vt milites quamcunque præstant in bello operam, ea nõ aliô quàm ad ducẽ refertur, nec verò aliô referri debet: & sicuti qui in nauigio ad clauũ sedet, prospicit ille quidẽ saluti nautarũ vectorumque oĩm, sed nautæ vicißim quicquid pro suo quisque officio agunt, id non illibenter vniuersum eô destinant, vt gubernatori leuiorem atque secundiorem operam suam faciant, quò vt ille in cõmune omniũ saluti industria sua consulit, sic hi vicißim eãdẽ ꝓ suo quisq; officio viribusq; adiuuẽt: eũdẽ etiã ĩ modũ cõuenire existimaui vt quã toti⁹ Iuris Synopsin ad meã quidẽ vtilitatẽ prius cõpararã,

postea vero ad publicũ vsum editurus erã, tibi præ cæteris vir præstantissime dedicarã, vtpote qui in administratiõe tã multarũ Rerũpublic. principẽ locũ meritò felicissimeq́; lõgo tẽpore tenuisti, atque etiãnum tenes: quo ita quantũ pro viricularũ nostrarũ modulo licet, harũ omniũ salutẽ ipsi quoque nõnihil nostris adminiculis iuuaremus, simulque aduersus quos dixi sciolorum iniurias ingenij nostri qualicũque fœturæ de custodia aliqua ac defensione prouideremus. Quã sanè tutissimã illi nos adeptos esse nemo dubitabit, si pro singulari tua humanitate, ac benignissima in oẽs studiosos animi propẽsione, in amplissimis tuis ædibus receptũ ei dare, & dũ aliquo saltẽ, quolibet loco reponere nõ grauaberis. Nõ ambigimus impudẽter, vt in mensa lucubratoria, pluteísve tuis cõspiciatur, classiarijs eiusmodi debetur locus: nostræ SYNOPSI satis magnũ honorẽ nimiumque dignationis habitũ fuisse credemus, si vel in quouis bibliothecæ tuæ loculamento eã cõsistere permittas, nec prius introspicias, quàm à grauissimis negotijs curisque perpetuis feriatus, animi causa ac tempusculi trãsmittẽdi gratia aliud tibi nihil agendũ esse iudicabis. Quòd si id nunquã cõtingat, tũ inde tamẽ nõ mediocriter nobis gratulabimur, quòd vir tãtus in bibliotheca sua locũ ei aliquẽ fauere, ac animũ nostrum, quoniã honos alit artes, ad diligentius bonarum disciplinarũ studiũ huiusmodi receptu inflãmare dedignatus non erit. Bene vale vir incomparabilis, ac pro beneuola tua in omnes philomusos animi inductione, perpetuam fœlicitatem à Deo Opt. Max. optatam feras. Datum Bruxellæ anno à natiuitate Dñi M. D. LXIII. Ipsis Calend. Maij.

GEOR. VIVIEN. ANT.

SYNOPSIS VTRIVSQVE IVRIS.

Distinctio Prima.



B alijs doceri non debet, qui alios docere debet.

ff.de edend. l. si quis ex argentarijs.§.final. iuncta glos. in authent. de sanctissim. episcop. §. damus.collat.ix.

Ab arbitrio si quis iussus est ex compromisso soluere pecuniam, & moram fecit: pœnam ex compromisso debet. Sed postea soluendo, pœna liberatur.

l.final.de recept.arbit.

Ab eo plura sunt exigenda, cui plura committuntur.

C.de episcop.& cleric.l. presbyteri. cum ibi alleg.per solutionem.l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis.ad suam cõtrariam.l. si quis.ff. de pœnis.Cõtrà de l.nemo.C.de summ. trinitat.& fide cath.l.final.

Ab illicitis petitionibus abstinere consultius est: quoniam iudex non admittet eas.

l.nam idcirco.C.de rescinden.vend.

Abigæi sunt, quibus est cura alienis animalibus insidiari, & ea alibi transponere.

l.1.ff.de abigæis.

Ab initio licitum est contrahere, sed ex postfacto non licet resilire.

l.sicut ab initio. C. de action. & oblig. & ff. commo.l.incommodato.§. sicut. & l. de re-

 scind.

ſcind.vend.l.de contractu. & C.de tranſact. l.quamuis. & C. de contrahend. emption.l. non idcirco.in fin.& C.ſi cert.petat.l. eo ꝗ. & ff.mandati.l.ſi mandauero.§.ſicut.& inſtitut.eod.§.penul.ff.de iudic.l.interdũ.§.ſi ſenator.& ff.de cura.fur.l.cuius bonis.in prin. & C.de donat.l.ſi quis ar.§.final.

Ablatiuus abſolutus faciat conditionem.

ff.de condit.& demonſtrat.l.à teſtatore.

Ab õni militia ſerui ꝓhibẽtur,alioqn capite puniũtur.

ff.de re milit.l.ab omni.

Abrogare eſt penitus corrigere ſiue remouere. Derogare tamen,eſt corrigere in parte tantummodo.

ff.de verb.ſignific.l.abrogare.

Abſens per diſtantiam habetur.

ff.de ritu nuptiar. l. in eo.§. deinde. & ff.de arbit.l.ſicuti.

Abſens reus ꝓcuratorẽ cauſã abſentiæ reddere poteſt.

l.abſens.ff.de procurat.

Abſentia eius, qui reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij debet eſſe damnoſa.

ff.de reg.iur.l.abſentia.

Abſurdum eſt, aliquem cogi ad præſtandum quicquam propter rem extra ordinem conſecutam, quam alioqui ſuo iure habiturus fuiſſet.

l.is qui in poteſtate.in princ.ff.de lega.ꝑſtãd.

Abſurdum ſequitur ad abſurdum.

No.glo.ſol.mat.l.diuortio.ſup verbo alioqn

Abundans cautela non nocet.

vt not.in l.pediculis. §. labeo. de aur. & argent.legat.melior textus eſt,in l.teſtamentũ. C.de teſtam.& ibi vide gloſ.in verbo cautelas.&

las.& in l.penul.& ibi gloſ.& Bal.C.de euic. Item contrà,ff.de regul.iur.l.actus.

Ab vniuerſali ad ſuas inferiores eſt bona conſequẽtia. l.ſi quis is,qui ducenta.ff. de rebus dub.l. in hoc articulo.ff.de hæredi.inſtituend.

A *Capite edenda eſt ratio.* ff.de eden.l.argentarius.§.edi.

A*cceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationẽ, qua vtrique contingit ab eodem nexu abſolutio.* l.i.ff.de acceptilat.

A*cceptilatio in diem facta nullius eſt momenti.* l.in diem.ff.eod.titul.

Acceptilatio ſub conditione fieri non poteſt. l.acceptilatio ſub conditione.ff.eod.tit.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. c.cùm ex iniuncto.de nou.oper.nũciat.l. iiij. C.depoſit. l. cùm principalis. ff.de reg. iur. & l.hæres à debitore.§.quod ſi ſtipulator.ff. de fideiuſſorib.fideiuſſor. in princip.c. acceſſorium.de regul.iur.lib.ſext.extra de officio deleg.cap.i.Sed contrà,de l.i.C.de iud.

Accidens magis incipitur,quàm natura. l.i.§.beſtias,cũ alleg.in gloſ.ff.de poſtu.Contrà, de l. final. C. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt.& §.pauonum. inſtit. de rer. diuiſion.

Accidens ſequitur naturam ſui ſubiecti regulariter. l.eius artificij.C.de oper.liber.

Accipiendo ſortem, quis dicitur (ſeu videtur) tacitè renunciare ad intereſſe. ff.ſi quis cautio. l.ij. primo reſponſ.& ibi vide.l.pro illa parte.& l. centũ capue. ff. de eo

quod certo loc.& l.fin.eod. Contrà de l.cùm ſtipulatus ſum.ff. de verb. oblig. ff. & C. de iudic.l.1.vide de hac materia reportata.& ff. de do.l.eleganter.§.non ſolùm.alia ratio informat pactum.l. interpoſitos. C. de transactionibus.

Accuſatoribus falſorum monetariorum, immunitatem permittimus.

l.1.C.de fal.moneta.

Accuſatus nō poteſt aliū accuſare pendente illa actiōe.

l.neganda.C.qui accuſ. nō poſſ.nam relatione decriminum,nō purgatur crimen.l.is, qui reus.ff.de public.iudic.

A certo, propter incertum non eſt recedendum.

ff.de iuriſd.omnium iud.l.ſi idem.& de in litem iuran.l.1.& l.partum.C.de rei vend.

Actio nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi quod ſibi debetur.

Inſtit.de action.in princip.l.nihil aliud. ff.de act.& oblig. Hanc definitionē craſsè & generaliter accipiendam,vaniſsimis altercationibus commentatores obſcurant.

Actio debet accipi per emphaſim, non pro qualibet externa actione: ſicut dicimus eum qui contra ius aliquid facit, nihil agere.

Inſtitut. quibus ex cauſ. manu. non licet. in princip.ſed pro legitima perſecutione. Item quod ſignificat clauſula in definitione Iuris & iuſtitiæ,Ius ſuum cuiq; tribuendi: hoc denotāt in definitiōe actionis iſta verba: Quod ſibi debetur. Nam actio à Iuſtitia & Iure deſcendit, inſtruens iudiciorum executionem.

Qui

Qui ius suum habet, ei nihil debetur. Cōtrà, cui nihil debetur, is habet ius suum. Huic ergo secundum iustitiam & ius nihil tribuendum est. Consequenter, nihil potest persequi in iudicio per actionem. Hæ causæ & gradus ciuilium rerum diligenter obseruandæ sunt studiosis. Ex iustitia, ius: ex iure, actio: ex actione, iudicium: ex iudicio descendit executio eorum, quę iusta sunt. Nisi enim huiusmodi ordine gradatim perueniretur ad distributionem iuris: raperet vnusquisque pro libitu vsque ad perniciem & interitum humanæ societatis, iuxta illud iustitiæ axioma. Quod libet, licet.

Actio est legitima formula, per quam homines inter se disceptant apud iudicem.

l. ij. §. deinde ex his. Definitio à causa formali ducta est: sicut superior ab effectu.

Actionem dare, est admittere actorem ad intendendam persecutionem: Dare iudicium, pro eodē. Oppo. Negare actionem, Eximere actionem, hoc est, differre ac impedire tantisper actorem, donec agi lege non possit.

Actio exempta dicitur, cùm iam desijt agi posse.

l. sed & si per prætorē. ff. ex qb. caus. maior.

Actio de dolo non patitur aliam actionē secū cōcurrere.

ff. de dolo. l. ij. §. actis.

Actio directa & vtilis habent eundem effectum: & eiusdem sunt potestatis.

ff. de nego. gest. l. actio.

Actio furti competit ei, cuius interest saluam esse rem: licet non sit dominus.

 instit.

instit.de oblig.quę ex delic.nas.§.furti actio.

Actio iniuriarum non competit hæredi.

ff.si quis cautio.l.si eum in iudicio.§. qui iniuriarum.

Actionem non parit interesse ex mala causa.

l.j.§.si mecum.ff.ad exhibend.

Actiones creditorum seu causæ non debent differri.

§.cum igitur.Institut.de bonor.possession.

Actio nonnunquam naturaliter accipitur pro eo quod facimus.

l.hæredes palam. §.fui.ff. de testamen. Vno contextu actionis (inquit Vlpianus) testari oportet.

Actiones compositæ sunt, quibus homines inter se commodius quàm armis disceptarent.

l.ij.§.deinde ex his.ff.de orig.iur.

Actio est ex persona actoris æstimanda, quid contineat.

l.penult.in fin.ff.de iurisd.

Actionis acerbitas interdū verbis temperanda est, propter reuerentiam personarum, quanquam res eadem maneat.

l.non debet.ff.de dol.mal.

Actiões sequūtur vniuersalē hæredem nō particularē.

ff.ad Trebel.l.j.§.si hæres.cum ibi not.

Actionis verbo continetur in rem, in personam, directa, vtilis, præiudicium, cautio damni infecti, legatorū, dupli, & cæteræ.

l.Actionis verbo.ff. de act.& obl. & l.actionis verbo.& l.quibus præcipua.§.vlt. ff. de verb.signifi.l.ij.ff.de euict.l.i.ff.vti posside.

Actionem intendere, actionē instruere, actionē dictare, vel formulā, actionē instituere: ad partes refertur.

Actio-

Actiones ne populus, vt vellet, institueret, certas solennesq; esse voluerunt.
Pompon. in l. ij. §. Deinde ex his legibus. ff. de orig. iur. ea ratio hoc seculo suadet, adeoq; probat, necessariam in iudicijs esse mediocrem quandam solennitatem proponendæ actionis.

Actionis formula, est apta facti apud iudicẽ expositio, ꝑ quã legitima persequendi causa protinus appareat.
l. edita. C. de edend.

Actorẽ appellãt Iurisc͡os. petitorẽ, Reũ verò possessorẽ.
vt l. iij. §. ibidem. ff. de carbon. edict.

Actor & Syndicus promiscuè accipiuntur.
l. j. ff. quod cuiusq. vniuers. nom. l. cùm aliquando. ff. neg. gestor.

Actorẽ frustrãdo efficere, hoc ẽ, litẽ calũniosè differre.
l. vlt. ff. de procurat.

Actio prima, Actio secunda, rectè dicitur, pro instãtia prima. Instantia secunda. Nam actionem primam Cicero appellat, in re præsenti iudicare sine progressu ad aliam cognoscẽdi dilationem, pro Flacco: Itaq; recuperatores (inquiens) contra istum, rem minimè dubiam, prima actione iudicauerunt. Cùm iudicatũ nõ faceret, addictus Hermippo. et ab hoc ductus est.

Actio semel extincta non reuiuiscit.
ff. de sol. l. quæ res. §. arena.

Actio semel extincta resuscitatur.
ff. si ex nox. cap. agn. l. alio. & ff. de cõtrahen. empt. & vendit. l. ij. §. cùm quis. Cõtrã, l. qui res. §. aream. ff. de solut.

Actor agit quando vult, sed reus non.
l. purè, §. final. ff. de dol. mal. excep. & l. si

quando.C.de dilat.

Actor debet sequi forum Rei.

C.de iurisd.omnium iudic.l.ij.& l. in criminali.& cap.sanè. & cap.si clericus . & c.cùm sit generale. extrà, de foro competent. Contrà, C. vbi in rem act. l. final. in fin. & extra de for. compe.l. cùm taliter, & cap. quod clericis.

Actore nō probāte Reus absoluitur, etsi nihil p̄bauerit.

l.qui accusare. C. de edend. & l.actor. C.de probat. & in cap. cùm eccl. sutrina. de caus. possess,& capit. 1. vt eccles. benefic. si dimi. confe.Contrà,ff.de edend.l.quisquam.& l.1. §.edenda.eod.titul.

Actori incumbit onus probandi.

C.de edend.l.qui accusare.& ff. de probat.l. 1.Contrà. Imò vtriq; incūbit onus probandi.l.vbi.C.ad l.Cornel.de fal.l.falsitas.C.de aboli.nec codicillis.in fin.eod.

Actori nō debet licere quod Reo nō licet, aut p̄mittitur.

Vlpian.de reg.iur.

Actore non probante: qui conuenitur, & si nihil ipse præstat, obtinebit.

l.i. & l. qui accusare.C.de edend.Institut.de interdic.§.commodum.& de legat.§.Nō solū.l.is qui.ff.de publ.iud.l. actor. C.de probat.l.final.C.de rei vendic.l.i.C.de prohibi. seques.pecu.l.Cogi.C.de petit.hæred.l.Creditor.C.de vsur. Actor aliquādo semiplenè probans,grauat reum probatione.l.in bonæ fid.& l.delata.C.de reb.credit. A re itē exigitur probatio.l.vbi.ff.ad l.Cornel. de fal.l. fallaciter.in fin.ff.de abolit.

Actus se-

Actus secundum naturam sui subiecti regulatur.
l.eius.ff.de oper.libe. Contrà, ff.ad l. Aquil. l.ij.in fin.

Actus secundum substantiam iudicatur actoris, vel eius artificij.
ff.ad l. Aql.l.itē si obstetrix.§.sed si p lusum.

Actus stipulantis, & promittentis, debet esse cōtinuus.
ff.de verb.oblig.l.continuus.§.i.eod.tit.

AD arbitros itur, non differendarum litium causa, sed tollendarum.
l.quamuis arbiter.de recept.arbit.

Ad arma & rixam non patiatur prætor procedere, quod potest iurisdictione sua componere.
ff.de vsufruct.l.æquissimum.& de offic.prę-sid.l.congruit.

Ad augmentationē delicti sequitur augmentatio pœnæ.
C. de seru. fugit.l. quicunq;. C. de episcop. audien.l.iij. Contrà, instit. vi bonor.rapto. in princip.§.& l.Celsus.ff. de arbit.& §. penult.instit.de iniurijs. Quia maius est delictū offendere dominum, vel legem, quàm eius ministrum:& tamen qui offendit, minùs punitur:quia minùs offendit, qui legē offendit.

Ad crimen publici iudicij persequendum frustra interuenit procurator.
l.penul.§.ad crimen.ff.de pub.iudic. sed bene potest pro allegante causam absentiæ.

Ad ea, quæ frequenter accidunt iura se adaptant, & non ad ea, quæ rarò.
l.iura.& l.ex his.& l.nam ad ea. ff. de leg. & se. cum l. sequente. & in authent. vt matres debi.§.quia verò.coll.vij.contrà, institut. de

 re.diu.

re.diu.§.insula.So.illud probabiliter accidit.

A Deo autem totius mundi elementa processerunt, et eorum dispositio in orbem terrarum producta est.

l.j.in princ.C.de veteri iur.enucleand.

A Deo gubernatur imperiũ, et per eum refrenata sunt bella: pax decorata: & status reipubl. sustentatus.

l.i.in sui princ.C.de veteri iur.enucleand.

Adhibenda est fides peritis in arte.

ff.de ven.in possess. mittend.l.i. §.i. Cod.de iud.l.certi iuris est.

A dignioribus est inchoandum.

Instit.de iur.natur.§.final.

A digniori debet fieri denominatio.

l.quicquid.§.cùm partes.ff.de acq.rer.dom. & l. quæritur Hermaphrod.ff. de stat. hom. Itẽ notatur in ca.quod in dubijs.de cõsec.eccles.vel altar.Cõtrà,quia matrimoniũ non à dignitate denominatur,hoc est,cõiunctio maris & fœminę à matre denominatur: quãdoquidẽ matrimoniũ dicitur nõ patrimonium. Instit.de nup.in princ.c.fin.de cõuers.cõiug.

Ad intentionẽ proferentis sermonem est recurrendum.

ff.de leg.j.l.si quis.

Ad inuestigandam actionem, semper respiciendum est qua mente aliquid faciat is qui actione vult.

vti l.mandasti.ff.negoc.gest.

Ad iudicem actor prouocat inuito Reo: Compromissum verò non fit, nisi vtroq; consentiente.

l.Non distinguemus.§.j.Et §.de officio.

Ad officia seu munera publica minus idonei alijs deficientibus ab initio eliguntur.

l.generaliter.§. spurios. ff.de decu. extra de

relig.

relig.domib.eod.

A*doptio non ius sanguinis, sed agna. aufert.*
ff.de adop.l.qui in adoption.

Ad possessionē vni⁹ cōtrariorū seqtur destructio alteri⁹
ff.de instit.act.l.si pupillus.C.de fruct.l.i.

A*d præscriptionem tunc est recurrendum cùm aliàs non potest sciri veritas.*
ff.de leg.iij.l.minus.ff.si pars hæred. pe.l. de aqua pluui.arcend.

A*d præsens oua cras pullis sunt meliora.*
ff.de transact.l.cum.

A*d præsumptionem tunc est recurrendum, cùm veritas sciri non potest.*
ff.de.leg.iij.l.minus. & ff. si pars hære. pe. l. antiqui.& facit in argu.l. inducto.ff. de aqua plu.arcend.l.quo coniecturus.

A*d quæstionem facti non respondet Iuris peritus.*
ff.de iud.l.eum.§.fin.& ff.de testib.l.iu.§. tu magis scire potes.& l.i.C. de eden. Contrà, de l.arethusa.ff.de statu homin.

A*d quem spectat onus, & emolumentum.*
ff.de re.iu.l.secundum naturam.& l. final. §. sed cum.C.de fur.Cōtrà,institut.de legi.paren.tut.in fine.& ff.de negoc.gest. l. si negocia.& l.qui proprio.ff.de procur.

A*d remunerationem, quilibet obligatur.*
l.sed etsi lege cōmissoria.§.cōsuluit.ff.de petit.hæred.iuncta l.si verò non remunerandi. §.idem Papinianus.ff.mandati.l. si non sortem.§.libertus.ff.de condiction.indebit.

A*d veritatē copulatiue reqritur, quod vtraq; pars sit vera.* l.si quis ita stipulatus fuerit.ff.de verb.obl.cum suis alleg.

Ad ve-

Ad veritatẽ disiunctiuæ sufficit alterã partẽ esse verã.
ff. de verb. oblig. l. si ita quis. §. verum. l. si quis ducenta. eod. tit. & l. si quis. §. vtrùm. ff. de reb. dub. cõtrà, ff. de verb. signifi. l. ea quędam. C. de instit. & substit. l. generaliter.

Ad veritatem vniuersalis requiritur, omnes singulares eius esse veras.
l. si is, qui ducenta. ff. de reb. dub.

Aduersa fortuna non est præspicienda.
ff. qui & à quibus. l. Iulianus. Contrà, de negoc. gest. l. diuortio.

Aduersus dolũ præsumptũ non est facienda restitutio.
l. hoc auxilium. ff. de minoribus.

Aduersus fiscum solummodo emptores petitione precij compensationem iure obijcere prohibentur.
l. si ex venditione. in fin. C. de compensa.

Adulterium propriè dicitur in nupta, quasi transitus ad alterius torum. Stuprum in virgine, vel vidua.
ff. ad l. Iuliã. de adult. l. inter liberas. pro hoc glosa super rub. C. eod. tit.

Aduocati æquiparantur militibus.
l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudic.

Aduocatis danda est dilatio.
ff. ex quib. caus. mandat. l. ait prætor. §. final.

Aduocatorum officium necessarium, & laudabile est, & militibus æquiparatur.
l. laudabile, in princ. C. de aduoc. diuers. iud.

ÆQualitatis & iustitiæ sumus amatores.
in authent. de no. eli. colla. l.

Æquissimum est laborem cuiusq; digna recompensatione remunerari: quia Cùm labor in damnis mortalis crescit egestas, *vt ait Cato.*

C. de al-

C.de allu.l.final.§.similiter.

Æquitas præfertur rigori.

in capit. furt. de transactionibus.& ff.si pars hæredit. petatur. l. i. §. si ego. C. de iudic. l. placuit.

Æquitas suadet, vt vnicuiq; ius suum restituatur.

ff.de condict.indeb.l.nam natura.

Ære luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras. Dicitur & luere quando salitur, vt ouis.

No.glo.l.licet certus.C.de locat. & conduc.

Æs nostrum est, quod ab alijs nobis debetur. Æs alienũ est, quod alijs à nobis debetur.

l.cadere diem.ff.de verb.significat.

Æstas incipit ab æquinoctio vernali, & finitur in æquinoctio autumnali. Et ita senis mensibus æstas atq; hyems diuiditur.

l.i.§.æstatem.ff.de aqua quot.& æsti.

Æstimatio nonnunquam nudæ possessionis petitæ fit cum suis fructibus.

l.si mulier.§.qui possessionem.ff.quàm met. caus.

Ætas impuberum ignorat, quod viderit.

l.i.in fine.C.de fals.monet.

A*Duersus delicta propterea actiones introductæ sunt, vt pœna earum timeatur. Quare ante admissum delictum pacta ad occasionem delinquendi facta non valent: quanquã post delictum, quod infectum fieri non potest, aliter est: vt dirimantur controuersiæ inter homines.*

Ita accipiendus est Paulus in l.Si vnus.§.pacta quæ turpem.ff.de pact.

Affectus non punitur nisi sequatur effectus.
cap.final.de spon.& ff.de pœn. l. cogitationis.ff.quod quisq; iur.l.prima.in fin.Contrà,de leg.si quis seruo. C.de furtis. & C.de episcop.& cler.l.si quis non dicam rapere.Et de his qui ad ecclesiam confugiunt.l.præsenti.& ibi per glos.Item contrà,de §. bestias in l.prim.ff.de postu.in glo.

Affectus punitur vltrà,quàm se extendat.
l.quoniam multa.C.ad l.Iul.de vi pub.& priuata.quia,qui solam possessionem habere affectauit non occidere punitur capitali supplicio:vnde voluntas, & propositum hic non distinguit maleficium,quod est alibi.vt ff.ad l.Cor.de siccar.l.i.§.diuus.

Affectus tantùm punitur sicut effectus.
C.ad l.Cor.de siccar.l.is. qui cum telo. cap. nuper.cum glos.extrà,de biga.C,de episc. & cler.l.si quis non dicam.

Affirmanti incumbit probatio,& non neganti.
l.ij.ff.de proba.& in ca.vnico. vt ecclesiastic. benef.sine diminutione conferantur.

A fine denominatur res.
C.de iudic.l.rem non nouam.§.final.& ff.de leg.iij.l.ex imperfecto.

Afflictio non est danda afflicto.
ff.ad l.Rhod.de iactu.l,nauis.ff.de offic.præsid.l.diuus Marcus.in princip.extrà,de cleri. ægrotant.cap.ex parte. Institut. de rer.diuis. in fine.& ff.de iurisd.omnium iud.l. si idem. C.de episc.audiend.l.tam dementis. Cod.de pœn.l.omnes.

AGentes & consentientes pari pœna puniuntur.
l.iubemus nulli.§. œconomus. C.de sacro.eccles.vt not.in ca.i.de offic.et pot. iud. dele.in ca.notum.ij.q.j.cap.faciētes. lxxxvj. dist. Cōtrà, de l.quid.§.penult.ff.qui notant. infam.Contrà,C.de furt.l.eos. & Institut.de obligat.quæ ex delict.nascunt.§.hi.

Agnatione posthumi rumpitur testamentum.
Institut.de exhæred.liber.in princip.§. posthumi.Contrà,de inoffic.testam.l.si mater.

A Iure naturali descendit maris & fœminæ coniugatio,& liberorum procreatio,& educatio.
l.j.§.penult.ff.e.

A iuuene cupido credatur reddita virgo.
vt notat glos.ff.mandati.l. si verò nō remunerandi.§.si adolescens.

ALearum vsus res antiqua est.
in authent. alearum vsus. C. de reli. & sum.fu.& aleæ lusu.

A legatario potest legari.
Instit.de sing.re.per fideicom.relict. in princip.& de fideiuss.hæred.§.eum quoque.

Alicui nō prodest nec nocet, iusiurādū iter alios factū.
l.j.ff.similiter in possessione vētris nomine.

Alienatio est actus per quem dominium transfertur.
C.de fund.dotal.l.j.

Alienationis verbo nō tantū cōtinetur dni translatio, & seruorū manumißio,sed etiā vsus,& vsufructus cōstitutio,& pignoris,vel hypothecæ obligatio, & seruitutis impositio,et etiā cōtract⁹ emphyteuticus.
l.si.C.de reb.ali.vel non.

Alienum factum nemo promittere potest.

Instit.

instit.de inut.stipul. §. si quis alium. & ff.de verb.oblig.l.stipulatio ista.in princip.

Alimenta contrariè sumuntur.

l.cum hi.§.modus,ff.de transact.

Alimenta immodicè & intemperatè sumpta prouocant ad luxuriam & libidinem.

l.si adulter,C.de adult.& l. quæ adulterium. C.de adult.& in cap.i.xliiij.distinct.cũ seq.

Aliqd cõceditur ne res pereat,quod aliàs nõ pmittitur.

ff.de petition.hæred.l.si bonæ fidei.

Aliqua conceduntur per obliquum, quæ non conceduntur de directo: vel aliquid per alium consequitur,quod per se non consequitur.

ff. quæ res pigno. obl. l. final. & vide gloss. Contrà, ff. de negoc. gestis. l. qui alien. §. quanquam. & ibi vide cautè, in glos.in verbo,quæ nec.

Aliquando aliquid non desideratum prodest, quod desideratum non prodest.

l.ij.§.simili modo,ff.si quis cau.

Aliquando contentum ponitur pro continente.

ff.de pact.l.iurisgentium.§.quod ferè ibi pactorum,id est, instrumentorum, quibus pacta inseruntur.

Aliqua per obliquum conceduntur, quæ directo nõ conceduntur: Siue: aliqua per aliũ consequuntur,quæ quis per seipsum non consequeretur.

ff.quæ res pig.obl.poss.l.Aristo.in fin. & vide ibi glos. Contrà, de l. qui alienam. ff. de neg. gest. §. quanquam. & vide glos. super vers.quia nec ipsam.

Aliqua trãseunt cũ vniuersitate, quæ p se nõ trãseũt.

ff.de

ff.de contrah. empt. & vendit.l. in modicis. cum ibi allegatis. Contra, ff.ad Trebellian.l. si per vim.& l.si filius.& l.quia perinde. cum allegat.in gloss.

Aliquid est iustum cuius contrarium est iustius.
C.de procur.l.exibend.& in glos. notatur su per verbo.iniust.ff.ad l.Aquiliam.l. finali.ita quod aliquid est malum, cuius contrariũ est deterius.ff.de re iudic.l. quoties. Contrà, de ar.à contrario sensu.ff.de offic.eius cui mãd. est.l.i.§.huius rei.

Aliquid nõ debet esse superfluũ in iure, nec in regula.
C.de nou.cod.comp.l.vnica, circa medium. ff.de euict. l.si ita quis. contrà, quia duæ leges sunt aliquando similes, ergo vna earum superfluit.l.si quis in conscribẽdo.C.de pact. & de episc.& cler.l.raptores.C.de rapt.virg.

Aliquid permittitur gratia virtutis, quod aliàs nõ permitteretur.
ff.de postu.l.j.§.denique eos.

Aliquid probatur eo ipso, quod contrarium ostenditur.
l.super seruis.C.qui milit.lib.duodec.

Aliquid prodest quod desideratum non prodest.
l.iiij.§.final.ff. si quis cau. Institut. de excus. tuto.§.item tria.

Aliquid publicé permittitur, quod priuatim non permittetur.
ff.de rer.diuis.l.in tantum.§. sacræ autẽ res sunt, quæ publicè.etc.

Aliquid viciatur licet peruenerit in eum casum, à quo incipere potest.
ff.de recep. arb. & qui arb.l. non distinguemus.

mus.§.compromiſſo ſoluto.

Aliquis magis debet velle mori, quàm peccare.

ff.quod met.cauſ.l.iſti quid.§.penult.Cōtrà, ff.de his, qui ante ſent.mo.l.j.§.cum factum.

Aliquis fortiter non debet aſſerere, quod ignorat.

ff.de ac.empt.& vēd.Iulianus.§.quod tamē.

Aliquis non auditur ſi dicat ſe ignorare, quæ tractauit in proœmio.

Forū.& ff.ad ſenatuſcon.Velleian.l.quanq̄.

Aliquis non cogitur aliquid emere, vel vendere.

C.de iur.deliberand.l.inuitū. C.de cōtrahē. empt.& vend.l.nō enī.ff.de act.re.amo.Cōtrà, de §.penult.inſtit.de his, qui ſunt ſui vel alien.iur.& §. non ſolùm. Inſtitut.de leg. & §.final.inſtitut.de donat.

Aliquis non debet duplici pœna ex eodē delicto puniri.

l.ſanctio legum.ff.de pœnis.

Aliquis non debet eſſe iudex in propria ſua cauſa.

ff.de arbi.l.penult.ff.de iuriſd.oīm iud.l.qui iuriſdictioni præeſt.C.ne aliquis in cauſ.ſua. in rubro & nigro.Cōtrà, de l.ſi libertus.ff.de operis libertorū.ff.de contrah.empt.& vendit.l.hæc ve. Solutio poteſt eſſe moderator. vt l.in re mandata.C.manda.

Aliquis non debet eſſe nimis credulus.

ff.de in rem verſ.l.iij.in fin.§.ſed ſi.

Aliqs nō debet ex eodē facto pœnā et præmiū reportare.

ff.de neg. geſt.l. ſi quis. &. ff. ſolu.matr.l. ſi quis ab hoſtibus.

Aliquis non debet fortiter affirmare, quod ignorat.

ff.de act.empt.& ven.l.Iulianus.§. qd tamē.

Aliquis non debet locupletari, cum iactura alterius: vel alie-

vel alieno damno. ff.de cond.indeb.l.nã.cum ibi alleg. Cõtrà,quis vſucapione efficitur locupletior:& tamen permittitur. Solutio,rigor ſcriptus in ſpecie præfertur æquitati in genere.Inſtit.de vſucap.per totum.

Aliqs nõ debet lucrũ facere ex dãno vel pœna alterius. ff.ex quib.cauſ.l.ſciendum.

l.si sic.ff.de lega.j.& C.de hæred.instituen.l. si pater.Contrà,de l.falsa demonstratio. ff.de condit.& de.

Falsum sine dolo non committitur.
l.nec exemplum. C. ad leg. Cornel. de fal.l. impuberem.ff.ad l.Corn.de fal.

Falsus procurator non est procurator.
ar.l.Paulus.ff.de verb.signif.

Fama est de foro clerici.
ff.de episc.& cler.l.ij.

Fama est, quæ dat esse rei & conseruat rem in esse.
ff.de exhær.lib.l.Iulianus.

Fama plus est custodienda,quàm oculi.
l.fama.C.de cura.

Fama præponderat emolumento pecuniario.
ff.de reg.iur.l.si duobus.

Famuli communiter sunt fures.
ff.de empt.& vend.l.Iulianus.

Fatua facta non sunt sequenda, sed deridendum est de his.

C.de legi.l.final.in glos.

Fauorabilia sunt amplianda: & odia sunt restringēda.

l.cum.ff.de liber.& posth.l. Arrianus. ff. de act.& oblig.cap.odia.de reg.iur.lib.vj. & ibi vid.de hoc.C.de edict.diui Adrian. tollend. in fin. & instit. de vsucap. in princip.in glos. Contrà,ff.de his,qui not.infam.l.ij.

Fauorabiliores sumus ad liberandum, q̄ ad obligandū.

l.Arrianus.ff.de ac.& ob.& ff.de re iu. l. fauorabiliores.

Fauorabiliores sunt rei, quàm actores.

l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. ff. de ac. ob. l.Arrianus.

Fauorabiliores sunt vltimæ voluntates, q̄ contractus.

C.de re milit.l.intesta.ff.de re. iu. l. in testamētis.& l.j.C.de sacro sanct.eccle.& ibi vid. pro concord. l. quæ conditio.ff. de cond. & dem.& l.qui insulam.ff.de verb.oblig.Contrà,quia vltima voluntas conditionalis non trāsmittitur ad hęredē,& cōtractus sic.instit. de verb.oblig.§.ex conditionali.iuncto §. si autē.& C.de cadu.toll.l.vnica.§. sin autem. l.si peccatum.ff.de probat.

FEre in omnibus pœnalibus iudicijs ætati & imprudentiæ succurritur.

l.ferè.ff.de reg.iur.

FIcta ignorantia neminem excusat.

C.de bon.libertor.l.si liberti.

Fictio seu præsumptio non operatur, nisi in eo, in quo veritas locum potest habere.

ff.lo-

ff.loca.& conduc.l.qui ad certum.& C. loc. & condu.l.lege.

Fideiussor, fide iubendo pro minore tenetur, nec habet actionem mandati contra minorem.

ff.de appel.l.in causæ.

Fideiussor in pœnis non tenetur.

l.libertus.in fin.ff.ad municipales.

Fidelitas præualet diuitijs.

ff.de verb.oblig.l. si quis stipulatus. §. si ita. & ff.de tu.& cu.da.ab his.l. scire oportet.§. cum reliquis.

Fides est credulitas sperandarum rerum, & argumentum non apparentium.

Pro hoc glos.sup.rubrica.C.de summ.trinit. & fid.catholic.

Fides est facienda iudici.

l.j.C.de condi.ob turp.caus.& C. de edend. l.procurator.

Fides veritatis verborum adminicula non desiderat.

C.si vt se ab hæreditate abstineat.l.j.

Filij non debent esse castigatores parentum.

in authē.de nupt.§.sed q̊d sancitũ est.coll.iiij.

Filius debet obedire patri.

l.veluti.ff.de iust.& iur.

Filiusfamilias non potest facere testamentum.

C.qui testam.face.poss.l. seruum quidam. §. filium.& l.nemo.Contrà,quia filius, quo ad ea,quæ sunt publici iuris,habetur pro patrefamilias.ff.de his quæ sunt sui vel alien. iur. l.filius: sed testamentum est public. iur. l.iij. de test.ergo,etc.

Filius non debet portare iniquitatem patris.

l.si pœna.ff.de pœnis.

Filius non est homo integer, sed pars patris.

l.constituimus.aliàs, sancimus.C.de agric.& censi.lib.xj.circa princip.

Filius potest corrigere patrem.

ff.de condi.cau.da.caus.non se.l.ij. & iij.§. si quis.Contrà, in authent.de nupt.§.rea. & §. secundum statutum.collation.iiij.

Fines mandati sunt diligenter obseruandi.

ff.manda.l.diligenter.Contrà, ff. quemadmodum seru.amit.l.si cui.

Finis actus est attendendus.

C.ad Sylleianum.l.cum Sylleianum.& C.de nou.cod.compon.l.j. in princi.Contrà, imò principium.ff.de orig.iur. l.j. & C. de pign. act.l.creditor.

Fiscus est persona imaginaria in paucis æqua, & in multis rigorosa.

Fiscus & priuatus, pari passu ambulant.

ff.d. pet.hæred.l.item si.

Fiscus semper præsumitur locuples soluendus, & idoneus successor.

ff.de fundo dot.l.final.

FOelix, quem faciunt aliena pericula cautum. Casus dementis, correptio fit sapientis.

Glos.allegat istos versus in §.titulos. in authent.de man.prin.coll.ij.

Fœmininum non debet concipere masculinum.

l.si ita scripto.ff.de lega.ij.& iij.Contrà, ff.de iu.pa.l.adigere.

Forma est, quæ dat esse rei, & conseruat eam in esse.

ff.ad exhib.l.Iulianus scribit. §.sed si quis. & ff.de aur.& arg.lega.l.Scia.

Fortiora iura allegans debet obtinere.
l.fin.C.de ædil.edict.
Fortunæ euentus vel effectus sunt tollendi, siue boni siue mali æquæ tolerandi.
ff.de aqua.plu.arcend.l.ij.§.apud naturalem.
FRangenti fidem, fides frangatur eidem.
l.cum proponas.C.de pact.& ff.de inoffic. testam. l. eum qui. §. j. & extrà, de iureiur. cap.peruenit.cum ibi notat.Contra de transact.l.cum mota.
Fratrum est dura separatio.
C.commu.vtriusq.l.passionum.
Fraus debet in suum authorem retorqueri.
l.penult.in fine.C.de leg. Vnde Ouidius:
Discat in authorem pœna redire suum.
Fraus & dolus prodesse alicui, & etiam nocere simplicitati alterius non debent.
ff.de do.l.j.& l.ex dolo.C.de leg.l.si in fraudem.Contrà,ff.de min. l. in causæ cognitione.& l.sequenti.& l.si precio.§. quemadmodum.ff.loca.& conduc.
Fructus & partus futuri rectè emuntur.
l.nec emptio.ff.de contrah.empt.& oblig.ff. de pigno.l.& qui mundum,in princip.
Frustra expectatur euẽtus,cui⁹ nullius sortitur effect⁹
C.qui admi.ad bo.poss.l.fin.& ff.de iud.l.nõ Cõtrà,de l.qbus dieb. §.ij.ff.de cõdi.& dem.
Frustra fit per plura,quod potest fieri per pauciora.
l.in donationibus.C.de dona.l.iij. ff. de reb. dub.in princip.& C.de adopt.l.fin.& institu. quod cum eo,qui in ali.potestat.in principio. Contrà,institut. de le. §. j. & C. de episcop.

& cleric. l. raptores. & C. de raptor. virgi.l. raptores.

Frustra inuocat legis auxilium, qui in eam committit.
l.auxilium in fin. ff. de min. & authen. nauigia.in verb.inimica.C.de fur.

Frustra precibus impetratur, quod iure communi contrahitur & conceditur.
C.de thesau.l.j.lib.x.& C. de edict. præ. l.si proponis.

FVriosæ matris curatio ad filium pertinet.
l.furiosæ.ff.de cura.fu.

Furiosi vel eius, cuius bonis interdictum est: nulla est voluntas.
ff.de re iud.l.furiosi.

Furiosus loco absentis est.
ff.de reg.iur.l.furiosus.

Furiosus non potest facere codicillos: sicut nec testamentum.
l.nec codicillos.C.de codicill.

Furiosus solo furore satis punitus est.
ff.de offic.præsid.l.diuus.

Furor aliquem excusat. Nam si quis furiosus hominẽ occiderit, non tenetur.
l.Diuus Marcus.ff.de offic.præsid.& ff.ad l. Cornel. de sicar.l. infans. & ff. ad leg. Pompeiam.de parri.l.penult.in fine.

Furtum est contrectatio rei alienæ fraudulosa, inuito domino.
Institut.de oblig.quæ ex delic.nasc.§. furtũ. & dicitur à furno, id est, nigro: quia clàm & occultè fit.instit.de oblig.quæ quasi ex delic. nasc.§.j.item not.glo. ff.de vent.inspi.l.j.§. lumi-

luminaria.

Furtum facit is, qui iumenta sibi commodata longius duxerit, vel alio modo inuito domino vsus fuerit.

ff.de fur.l.qui iumenta.& institut.eod. titul. §.furtum autem.

Furtum sine affectu furandi non committitur.

Instit.eod.titul.§.sed placuit.l.furtum. ff. de vsucapi. Contrà, de l.qui factum.& leg.fullo. §.qui ancil.ff.de fur. & ff. de cond. ob turp. caus.l.cum seruus.

Futurum ius remitti potest.

l.j.C.de pact.Contrà,ff.de ædil.edict. l.j. §. decretalis.& ff.de pact,dot.l.pacta.

DISTINCTIO

SEPTIMA.



Gallici est quod sint subditi imperatori C.de offic.præfect.præsi.afri. l.in nomine dñi.§.iubemus.

Gaudent breuitate moderni.

not.glos.l.j.ff.quod met.cau. & l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.de appella.

Generale dictum generaliter est intelligendum.

ff.de ser.vr.præ.l.si seruitus.ff.de publi.l. de precio.Contrà,ff.de in ius voc.l.quamuis.

Generale tantum valet in omnibus, quantum singulare in singulis.

ff.de admi.& peri.tu.l.si duo.& ff.de lega. & fideicom.l.si mihi. Contrà, ff. de acquir. vel omit.hæred.l.sed si quis,ex pluribus.

Generalibus specialia insunt.
Not.glos.ff.de offic.præsid.l.scilicet. & ff.de ser.vr.præ.l.si seruitus.
Generalis clausula non porrigitur ad ea, de quibus specialiter est comprehensa.
ff.ex quib.caus.ma.sed & si.
Generalis ratio præualet speciali.
Not.glo.institut.de vsuca.§.quod autem dictum.super verbo, vsucapio.& de nupt.§.affinitas.& §.socru.contra.ff.de edẽdo. l. q̃dã.
Generalitas non protrahitur ad futurum, nisi exprimatur.
l.si à colono.ff.de verb.oblig. nec ad ea quæ visibilia sunt.ff.de pigno.l. oblatione.Cõtra, C.quæ res pigno.ob.pos.l.finali.
Generaliter omnis ratihabitio retro trahitur, & mandato æquiparatur.
C.ad mace.l.final.
Generaliter probandum est: vbicunq; in bonæfidei iudicijs confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius cõditio, ꝓ boni viri arbitrio hoc habẽdũ esse.
l.in personam.ff.de reg.iur.
Generaliter verba emissa & causa commendandi non obligant dicentem.
ff.de ædili.edict.l.sciendum tamen. in fin. & ff.de ac.& oblig.l.obligationum.
Generi per speciem derogatur.
ff.de reg.iur.l.in toto. & de ser. rust. præ.l. seruitus.& ff.de lega.iij. l. vxorem. de fund. instruct.l.cũ delanionis.§. cui fundum. & §. sequenti.Contrà, ff.de supellec.le.l.legata.& de ali.le.l.verba.vid.glo.de hac materia, dic, vt l.

vt l.cõmuni cũ §.penult.ff.de fundo instruc.

Genus clericorum audax debet esse.

in authen.de non alien.aut permu.reb.ecclesiast.§.œconomum.colla.ij.

Genus perire non potest.

ad l.Falci.ĩ ratiõe.§.vnde.& §.si verò argẽti.

GLossæ non debent allegari pro textu: & istud est certum in iure.

vt not.glos.ff.de offic.præsid.l.sed licet.

GRadus quidam seu ordo in actionibus seruatur: vt cum habet locũ ciuilis & ordinaria, cesset prætoria, & extraordinaria regulariter.

l.in causæ etiam hoc,in princip.ff.de minor.

Gratificatione locus est.

ff.de reli.l.final.in princip.& ff.ad Sylleia. l.iij.§.si quis,cum oẽs.& de leg.ij.l.si quis seruum.§.inter duos.Contrà,C.de leg. si duobus.in princ.& l.quoties.ff.de vsufruc,

Graue est fidem fallere.

ff.de constit.pec.l.j in princip.

Graue est quoque naturam fallere.

C.de inoff.testa.l.si quis suo.

Grauius est subinde offendere, & lædere æternã maiestatem, quàm temporalem.

vt in authent. gazaros. C. de hæreticis & manichæis.

Gremium suum redeuntibus, nunquã claudit ecclesia.

in epist.liquet.circa fin.C.de summ.trinit.& fid.cathol.

DISTINCTIO OCTAVA.

Habere se debet quisq;, quemadmodum prouinciam suscepit: nam habitus non facit monachum, sed professio regularis.
cap. porrectum. de regu. & transe.

Hæredis appositio, nõ solum ad proximum hæredem refertur, sed etiam ad vlteriorem.
l. hæredis. ff. de verb. sign.

Hæreditas nihil aliud sit, quàm successio in vniuersum ius: quod defunctus habuit, tempore mortis.
ff. de reg. iur. l. hæreditas.

Hæreditas repræsentat personam domini.
l. deniq;. ff. quod vi aut clam.

Hæres conueniendus est, vbi defunctus debuit.
l. hæres absens. ff. de iudi.

Hæres est successor lucri, & vitiorum defuncti.
l. an vitium. & l. cum hæres. ff. de ac. & obl. & l. apud. de except. do. §. exactorum. & §. fin.

Hæres & defunctus eadem persona reputantur.
In authen. de iureiu. §. pristi. circa princ. collat. v. C. de impub. & aliјs substi. l. final. in fin. Contrà, ff. de pact. l. qui. in futurum. & l. qui liberis. §. hoc verbo. ff. de vul. & pu. sub. l. eo. quod hæres hęredis, est hæres testatoris. primi C. de hæred. institu. l. fin. §. sed si idem.

Hæretici sunt excommunicandi.
C. de sum. trinit. & fid. cath. l. ij. §. quia verò. & §. j. & ij.

Herba mala citò crescere dicitur.
l. omnes. C. qui ve. æta. impe. in glos.

Hoc fa-

HOc facias alijs, quod tibi fieri vis.
l.j.ff.de solu.& ff.quod quisq; iuris.l.j.& per totum.

Hoc possumus quod, iustè, vel rectè, cōmodè possumus.
l.nepos.ff.de verb.significat.xxij. q.ij.faciat.

Hominē homini insidiari nefas est: cum inter nos cognationem quandam natura constituit.
l.vt vim.ff.de iust.& iur.

Hominis gratia omnes fructus Deus & natura fecit & comparauit.
§.in pecudum.Instit. de rer.diuis.ff.de vsu. l. in pecudum.

Hominis hominem beneficio affici, interest.
ff.de ser.expor.l.seruus.

Homines non debent procedere ad litigandum.
Instit. de pœna temerè litig. in princ. Nam boni iudicis interest, lites dirimere.ff. si cert. pet.l.quidam.

Homines recommendandi sunt in sua prouincia, & aliquando præsentia.
ff.de orig.iur.l.ij. §.iuris ciuilis scientiam.

Homines sunt faciles ad discendum, & dissentiendum.
ff.de arb.l.non cogēdum.aliàs, item si vnus. §.principaliter.

Homo est dignissima creaturarum.
l.iustissimè.ff.de ædil.edict.

Homo non debet esse mitior lege.
In authen.de iudic.l.oportet.

Honesti viri debēt esse domi de nocte, bacā aduenīēte.
ff.de orig.iuris.l.ij.§. & quia magistratibus. hoc autem melius colligi posset ex l.hoc edictum.§.labeo.ff.de his qui deiec. vel effu.

Honestum necessarium, & possibile, seu probabile, æquiparentur.

ff.ex quib.caus.maio.l.sed & si.& l.in eadem. §.final.& l.nec non.§.fin.

Honestus amor pendet ex animo, non ex lucro.

Not.glos.l.hęc ratio.in princ.ff.de don.inter vir.& vxo. Sic etiam dicitur, ad cor respicit Deus: vt ff.de verb.oblig.l. si stipulatus fuero.in fin.

Honestus modus est seruandus, non immoderata cuiusque luxuria.

l.ex damni.§.j.ff.de damn.infect.

Honorat defunctum, qui voluntatem eius adimplet.

in authen.de nupt.l.bene sancimus.colla.iiij.

Honor est præferendus omni commodo pecuniario.

C.de instit.sub condi.reprehendenda.

Honoris argumentum, nō ambitione: sed labore ad vnū quenq; contingit deuenire.

C.de re mil.l.contra publicam.li.xij.

Honor vnus, habet.

Instit.de iure natu.§.sed & quod princip.

Hosti fides est seruanda.

l.fin.de leg.j.

H*Vmana natura quodammodo & facile labitur ad delicta.*

in authen.de mon.§.si verò.colla.j.& ij.

Humanitatis habenda est ratio.

ff.ex qb.caus.maio.l.si cui, in prouīcia.in fin.

Humanum est peccare, sed diabolicum perseuerare.

Not.glos.in l.cōsentaneum.C. quomodo & quando iu.super verbo, perseuerauerit.

DISTINCTIO NONA.



Dem continet vsus & vsusfructus.
ff.de vsufr.e.re.quæ.l.j.
Idem est de his, quæ non sunt, & quæ non apparent.
l.in lege. ff. de tontrah. empt. & vend.
Idem est iudicium de loco & de tempore.
l.vinum.ff.si certum petatur.
Idem est iudicium episcopi & officialis.
cap.ij.de consuet.lib. vj.
Idem est iudicium totius quo ad totum, & partis (seu de parte) quo ad partem.
ff.de rei vendic.l.quæ de tota.Instit.de fideicommiss.hæredit.§.nihil autem. ff. de verb. oblig.l.à Titio.Contrà, de l.naue.& l.ex mille.ff.de euic.& l.final. ne in ius vocati eant aut satisdent.
Idem est negare, tacere, & obscurè respondere.
ff.de interrog.ac.l.de ætate.
Id, in quo quis obligatur sibi abesse videtur.
ff.de negoc.gest.l.si quis.
I*Gnorans regulariter de vitio non tenetur.*
ff.de act. empt.& vend. l.Iulianus.§. item. qui furem.nisi in quinque casibus enumeratis, in glos.illius §.
Ignorantia est cunctorum errorum mater.
vt xxxviij.distinct.ignorantia.
Ignorantia facti excusat aliquem.
C. de seru. fugit.l.quicunque. & l.nihil. §.si cum

cum filius.ff.de inof.teſtam.quia erranti ſuccurritur. & l. in omni parte. ff. de iu. & fac. Contrà,C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.

Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur.

ff.de proba.l.verius.cum ibi not.ſed arg. cõtrà,l.cũ de indebito. in eodem tit.in fin. primi reſponſ.& ibi no.& notatur in cap.ad audientiã noſtrã.ij.extrà,de reſcript.in glo. fin.

Ignorantia domini conditio deterior per procuratorem fieri non poteſt.

ff.de procur.l.Ignorantis.

Ignoratis principijs, ignoratur & ars ſiue principatũ.

ff.de origine iur.l.j.

ILlacrymari vel excandeſcere, non eſt conſtantis & boni iudicis, cuius animi motum vultus detegit.

ff.de offic.præſid.l.obſeruandum.

Illa pacta videntur ineſſe in contractibus bo.fi. quæ dant legem contractui, id eſt, quæ in ingreſſu contractus facta ſunt.

ff.de pact.l.iuriſgent.§.idem Marcellus.

Illa quæ ad finem ordinantur, non debent contrarium operari.

C.de le.& conſti. l. quod fauore. in princip. Contrà,ff.quod quiſq; iur. per tot. tit. vnde quod fauore quorundam conſtitutũ eſt, quibuſdam caſibus ad læſionem eorũ volumus inuentum videri tenor.l.quod fauore. C. de leg.& conſti.

Illa quæ ad vnum finem ordinantur, non debent contraria operari.

C. de leg. quod fauore. & iuncta ratione illius.§.fortiſsimi. Annua ſi debes, & inſtit.de verb

verb.oblig.§.ac si ita. & de inutil. stipul. §. qui hoc anno. Contrà,ff. quod quisq; iure. in rubro & nig.& instit.de autor.tutor. §.neq;.

Illa, quæ communi iure procedunt validius ad suum procedunt effectum,quàm illa,quæ iure speciali.

C.de abol.l.j.

Illa quæ sunt eadem non debent diuersis nominibus nuncupari.

C.de codi.l.si idem. Contrà,idem est codicillus, & testamentum, & tamen diuersis nominibus nuncupantur. C.de testa.mi.l.fin.& C.qui testa.fac.poss.l.hac consultissima. §.j.

Illi debet permitti pœnã petere,qui in pœnã nõ incidit.

ff.de reg.iur.iu.é.l.

Illi qui iudicem recusant,sunt compellendi, vt eligant arbitros.

C.de iudic.l.apertissimi.

Illud est inconueniens, ad quod sequitur inconueniens.

l.fin.C.de testam.

Illud est perfectum, quod ex omnibus partibus suis constat.

l.j.§.j.ff.de orig.iur.

Illud possumus quod commodè & de iure possumus.

Instit.de inutil.stip.§.fin.in glos.l. nepos. ff. de verb.signif.ij.q.j.nos in quem.

Illud quod debetur in genere non potest perire.

C.si cert.pet.l.incendium.

Illud quod fauore aliquorum introductum est, non debet ad eorum læsionem retorqueri.

l.quod fauore.C.de legib.

Illud quod meretrici datur repeti non potest.

ff.de cond.ob turp.caus. l. item si ob stuprũ. §.sed

§.sed & q̄d meretrici.ff.de dona.l.affectionis.

Illud quod semel approbatur non debet reprobari. nam quod approbo, non reprobo.

ff.de negoc.gest.l.Pomponius.

Illud videtur abesse quod affuturum est.

C.de verb.sign.l.& illa notum facit.

IMpedit ira animum ne possit cernere verum.

Not.glos.in authent.de ap.§.iiij.in fin.collat. iiij.

Imperator est dominus totius mundi.

ff.ad l.Rhodiam.de iactu.l.depreca.quod est verum totius vniuersitatis, non autē rerum singularium. C. de quadriennij præscript.l. bene à Zenone.Contrà,quia tunc essent duo domini eiusdem rei,puta rei meæ. s. imperator,& ego,quod est contra legem,si vt certo. §.si duobus ve.ff.commo.

Imperator est lex animata in terris.

In authen.de consue.in princ.collat.iiij.

Imperator est pater legum.

in auth.de incest.nupt.§.dubitatū itaq;.col.ij.

Imperator reprobat audaciam.

C.vnde vi.l.si quis in tantam.Contrà, ff. de lib.& posth.l.Gallus.§.nunc videndum.

Imperfectum testamentum sine dubio nullum est.

Instit.qb.mod.testa.infirm.§. nā imperfectū.

Impersonalitas viciat contractum.

in authen.si quādo.C.de consti.pecun.

Impossibilium nulla est obligatio.

ff.de reg.iu.l. impossibilium. & l. si stipuler. ff.de verb. oblig. Contrà, ff. de cond. & demonst.l.Mæuius.§.j.& instit.de his,qui sunt

sui

ſui vel alien.iur.§.ei expedit.
Impunitas continuum effectum tribuit delinquenti.
C.de furt.l.ſi quis.
Imputandum eſt ei, qui ſeruos obnoxios habuit.
ff.ad l.Aquil.l.ſi ſeruus.
Imputatur ei alicui ſi non facit, quod & ſi facere vellet non poſſet.
Not.gloſ.l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur.& l.pecuniæ.in fin.eod.tit. & ff. de arb. in fin.& C.de annal.excep.l.j.in fin. & ff. ad l.Iul.de adult.l.ſi maritus.in princip.
Imputatur ei, qui ſe ponit in periculis.
ff.ad legem Aquil.l.item mela.in princip.
IN *actionibus oſtendendum eſt, primum, cui competant: deinde, aduerſus quem: exemplo Vlpiani* in l.Si cũ dotẽ.§.trãſgrediamur.ff.ſol.matri.
In alterius præmium, verti alienum metũ non oportet.
ff.quod metus cauſ.
In alternatiuis eſt electio debitoris.
Inſtit.de ac.§.ſi quis ita.aliàs,§. huic autem. ff.de iur.do.l.plerunque. in fin.& l. ſi emptor. ff.de contrah.emption.
In alternatiuis eſt electio promiſſoris.
l.ſi in emptione.§.ſi emptio.in gloſ.ff.de cõtrahen.empt.& ff.de eo quod cert.loco.l.nõ vtique.primo reſpõ.& poteſt mutare volũtatẽ ff.de verb.oblig.l.eum qui.§.final.
In alternatiuis rei eſt electio.
ff.de iur.dot.l.plerunque.§.final.
In alternatiuis ſufficit alteram partem adimplere.
l.generaliter.C.de inſti.
In ambiguis orationib. accipiẽda eſt mens proferentis.
l.inter

l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.oblig.& de reg.iur.l.in ambiguis.& l.si quis. Contrà, ff. de pact.l.veteribus.cum allegat.

In ambiguis rebus humanior sententia est proferenda.
ff.de reb.dub.l.si fuerit.in fin.

Inanis est actio, quam excludit inopia debitorum.
ff.de dolo.l.nam is.

In baculo inest dolor.
ff.ad l.Aquiliam.l.si ex.

Incendium sine culpa fieri non potest.
ff.de peri.& commo.rei ven.l.si vendita.

In certis & non certis locus est coniecturis.
ff.de verb.sign.l.continuus.§.cum ita.in fin. Sic etiam dicendum est de incertis.

Incertitudo viciat actum.
l.si frumentum.al.est.l.Idem Pomponius. ff. de rei vend.§.fin.& instit.de leg.§.incertum.

Inciuile est, nisi tota lege inspecta aliqua eius particula proposita iudicare, vel respondere.
l.inciuile.ff.de legib.

In ciuilibus, vel criminalibus causis, non admittitur iuramentum.
Not.glos.l.maritus.ff.de pœn.

In conditionibus testatorum potius voluntatem, quàm verba considerari oportet.
l.patri.ff.de cōdi.& de.et ff.de lega.j.l.penul.

In cognitione iudicij, maior quæstio minori præfertur.
l.j.C.qui ac.non poss.hoc est verum, nisi minor sit præiudicialis maiori.vt C. ad l. Iuliā. de adul.l.quoniam.

In compromissis arbitrium personæ insertum, personam non transgreditur. De recept.arb.

In con-

In confitentem nullæ sunt partes iudicis.
vt l.proinde.in fin.ff.ad l.Aquil.
Inconstantia permittitur.
ff.de action.empt.& vendit.l.si sterilis.
In contractibus alternatorum rei est electio.
ff.de iur.dot.l.plerunque.§.final.sed in iudicio act.ff.de nou.oper.nunc.l. stipulatio. §. j. & in dubio dicto etiam.ff.de iudi.l.si quis.
In contractibus ambigua verba contra proferentem sunt interpretanda.
ff.de contrahen.empt.l.Labeo.
In contractu emptionis & venditionis requiritur consensus,et ideo furiosus non potest cōtrahere emptionem,nec venditionem.
C.de contrahen.empt.& vendit.l.ij.
In culpa est,qui primo percussit.
ff.ad l.Aquil.l.si ex plag.
In damnum dat,qui iubet dare. Eius verò nulla culpa est,cui perire necesse est.
ff.de reg.iur.l.inuitus nemo.
Indefinita æquipollet vniuersali.
ff.de pignor.act.l.si necessarias. & not. glos. in cap.vt circa.de elect.lib.vj.
Indefinitum in iure reprobatur.
C.de sacrosan.eccl.l.fin.extrà de rescrip.cap. cum in multis.lib.VI. Contrà,ff. de in litem iurando.l.videamus.§.iurare.
In delictis non habet locum exceptio, in quantum facere posset.
ff.de reg.iur.l.sed hæc ita.§.quod autem.
In diem acceptilatio facta,nullius est momenti.
l.in diem.ff.de acceptilat.

In dubijs benigniora præferenda sunt.
l.semper.ff.de reg.iur.
In dubio nobilior, & melior præsumptio est accipiēda.
l.merito.ff.pro socio.l.Quintus Mutius.ff.de don.inter vir.& vxor.
In eodem iudicio est actor, & Reus.
ff.famil.erciscun.l.pro familiæ.
Iu eo quod plus est, semper inest minus.
ff.de reg.iur.l.in eo.
In facto, quod se habet ad bonum, & malum magis de bono, quàm de malo præsumendum est.
ff.pro soc.l.merito.pro solutione.& l. Quintus Mutius.ff.de don.inter vir.& vxor. & l. si defunctus.C.arbi.tute.
Infames non debent esse aduocati seu procuratores.
Not.glos.l.furti.ff.de his, qui notan.infam.
Infamis potest esse procurator.
instit.de excep.§.fin.ff.de arb.l.sed si ī seruū.
Infans dicitur minor septem annis.
l.si infanti.C.de iur.delib.
Infantem tuetur innocentia.
l.infans.ff.ad leg. Cornel.de sicar.
Infinitum in iure reprobatur.
de rescript.cap.cum in multis.lib.vj.
Infelicitas fati furiosum excusat.
in ead.lege, infans.ff.ad l.Cornel.de sicar.
In foro causas dicentibus nefas est, nulla præfatione facta, iudici rem exponere. Qua ratione necessarium videtur, vt actor intentionem suam legitima formula primum edat præfationis vice, quo magis aduersarius cū iudice instruatur ante ingressum iudicij, ne illotis manibus litigatores irruant in causas.
l.j.ff.de orig.iur.

In generali sermone non continetur persona loquentis.
l.j.in fin.ff.de sena. C.de so.l.inquisitio. & ff. de act.empt.l.si mercedem.§.final.& ff.communia prædiorum.l.quicquid.Contrà,ff. de ædil.edict.l.quod si nollit. §.j. & ff.de in diẽ adiec.l.quod si duo.& l. antepenult. & ff. de pign.l.Paulus.§.final.

In genere stipulationis est electio promissoris.
Institut.de ac.§.huic autem.

Ingenuus est, qui ex matre libera est natus: vel sic, qui statim vt natus est, liber est.
Institut.de ingen.in princ.& ff.de stat.hom.l. & seruorum.§.ingenui.

Ingratitudo est prima causa feudi amittendi.
vt in j.cap.in princ. quæ fuit prima causa bene.amit.collat.x.

In habentibus symbolum facilior est transitus.
instit.de adop.§.final.sed hodie.& l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& §.fin.C. de testa.ff.de rei vend.l.in rem.Contrà, quia maiorem habet conuenientiam frumentum, q̃ moneta:quia naturaliter conueniunt in forma naturali,sed moneta in forma accidentali,quę nõ est tanta:& tamen si immisceas frumentũ tuũ cũ meo,nõ erit cõe, q̃uis secus in pecu.ar.l.si alieni.ff.de solu.iuncto §.quod si frumentum.institut.de rer.diuis.

In his quæ cõtra rationẽ iuris cõis cõstituta vel recepta sunt, non possumus sequi regulam iuris.
l.quod verò.l.seq.ff.de legib.

In hypothecis vindicare, est per hypothecariam actionem petere.
l.fideiussor.§.Lucius Titius.ff. de reb.dub.

In homine libero nulla corporis extimatio fieri potest.
ff.de his qui deie.vel effu.

In illicitis,non est parentibus obediendum.
l.ad ea.ff.de re.iu.

Iniquum est aliquem sui rei esse iudicem.
ff.de iu.l.Iulianus. Contrà, quia non ad iudicium iterum debet citari,nec sibi creditur: quamuis dixerit non venire.

Inimicitiæ arbitri debent manifestißimè probari, nec sufficit allegare suspicionem.
l.non distinguemus.§.Cùm quidam. Rationē tractat Paulus in l.Si quis rē.ff. de recept.

Iniquum est, vt maritus pudicitiam ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat.
vt ff.de adul.l.si vxor.§.iudex.

Initium est spectandum.
l.Pomponius.ij.ff.de negoc.gest.ff.de his qui not.infam.l.quid ergo.

Initium litis fit per contestationem.
l.j.C.de plus pe.de iudi.l.aptissimi.& C.vbi de crimine agi oportet.l.j.

Iniuriæ inde nasci non debent,vnde iura nascuntur.
l.meminerint.C.vnde vi.& extrà, de accu.c. qualiter & quando.

Iniuria,quæ fit emptori authorem nō debet cōtingere.
ff.de euict.l.si per imprudentiam.

In maleficijs voluntas expectatur,non exitus.
ff.ad l.Cornel. de sicar. l. diuus Adrianus.& l.j.§.diuus.

In maiori continetur minus.
ff.de verb.oblig.l.j.

In maiori summa similiter minor inest.

ff.de

ff.de verbor.obligat.l.j.§. ſtipulanti. & ff.de interrog.actiõn.l. ſi defenſor. §. qui interrogatur. Contrà,inſtitut.de inutil.ſtipul.§.pręterea.in princip.

In mora modici temporis non eſt magnũ præiudicium.
ff.de iu.l.ſi debitori.

In multis iuris articulis deterior eſt conditio fœminarum quàm maſculorum.
l.in multis.ff.de ſtat.hom.& vid.gloſ.

In multis ſimilia ſunt iudicia,& arbitria.
ff.de arbitr.l.j.

In multorum virorum honeſtiſsimorum prædijs lupanaria exercentur.
l.ancillarum.ff.de petit.hæred.

In neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.
l.mater tua.C.de oper.libert.& ff. de adi. le. l.rem legatam.in fin.

In omnibus hominibus terminus vitæ,eſt mors.
in authen.de hæ.& fa.§.hæc quidẽ.colla.j.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur præſenti die debetur.
l.in omnibus.ff.de reg.iur.

In pari cauſa melior eſt conditio poſsidentis.
ff.de excep.dol.l.apud Celſum.

In pari cauſa turpitudinis melior eſt cauſa probibẽtis.
l.Sabinus.ff.communi diuidundo.

In pari cauſa turpitudinis potior eſt cauſa poſsidentis.
l.ij.in fin.C.de cõdi.ob turp.cau.C.de euict. l.ſi ob cauſam.iudi.ff.de re iu.l. in pari. ff. ne quid in lo.pub.l.ait prætor.§.idem.ff. de calum.l.in hæredem. ff. de do. ex.l. apud Celſum.§.Marcellus.

In personam seruilem, nulla cadit obligatio.
ff.de reg.iur.l.in personam.

In pœnalibus causis benignius interpretandum est.
l.benignius.ff.de reg.iur.

In pœnis vno soluente alter non liberatur.
ff.de iurisd.omniũ iud.l.si quis id.§. final. & l.seq.& ff.ne quis eum,qui in ius vocat.est.l. penul.§.fin.& l.fin.& C.de cond.furt.l.j.

In precio emptionis & venditionis, licitum est naturaliter contrahentibus se circunuenire.
ff.de minor.xxv.ann.

In præscribenda libertate necessarium est factũ vtetis.
ff.de serui.l.hæc autem.

In rebus nouis constituendis euidens esse debet vtilitas vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est.
ff.de constit.princip.l.in rebus.

In re communi potior est conditio probibentis.
ff. commu. diuid. l. Sabinus. de seru. vrb. præd.parietem.

In re non possessa furtum committi non potest.
ff. si quis in test. lib. iussus esse fuerit. l.j. §. Sceuola.

In re propria furtum committi potest.
in Institut.de oblig.quæ ex mal.§.interdum: aliàs,§.aliquando.

In re sua, quilibet est moderator & arbiter.
C.mandat.l. in re mandata. & l.polla. C. de his,qui vt indig. Contrà, institut.de his, qui sunt sui vel alien.iur.§.j.

In rusticis prædijs medium prædium, quod non seruit non impedit seruitutem.
ff.eod.l.iij.

In simi-

In similibus simile debet esse iudicium.
vt in cap.inter corporalia.de transac.& in c. de multa.in glos.in verb.idē in perso.de preben.& dign.& in c. cum dilecta. de confirm. & in cap.inter cæteras.de rescript.

Inspiciendum est,quod euenire potest.
Instit.de rer.diuis.§.illud quæsitum. ff. ad l. Fal.l.in quātitate. §. magna.ff.de iurisd.oīm iud.l.si idem.circa fin.ff.loca.l.si quis domū. §.item quærit.Contrà,de l.inter stipulātem. §.sacram rem..ff.de verb.oblig. & institu.de inutil.stipul.in princip.

Instar sacrilegij est disputare de principis potestate.
C.de diuer.rescrip.l.sacrilegij.C.de cri.fal.l.ij.

Institutio & substitutio nō habēt locum in codicillis.
l.non codicillum.C.de testam.

Instrumenti exemplum (seu instrumentum exemplatum) vel copia non probat.
vt C.de edend.authen.si quis.& C.de diuer. respon.l.sancimus.Contrà, C. de test. l. publicati. in authent. vt fratrum filij. § . illud. collat.ix.

In summis quod minimum est videtur esse promissum.
ff.de verb.oblig.l.si ita.

In suo facit quilibet,quod vult,non in alieno.
ff.si seruitus ven.l.sicut.

Inter æquales non est ordo præcedentis & sequentis.
C.vnde le.l.nepotibus.

Inter artifices longa est differentia.
ff.de solu.l.inter artifices.

Interdictum vnde vi,requirit violentiam.
l.cum quærebatur.C.vnde vi.

Inter dominum, & eum, qui in potestate, non nascitur aliqua obligatio.
institut.de noxal.§.si seruus.
Interest potius nostra non soluere, q̃ solutum repetere.
ff.de compen.l.iij.
Interest principis subiectos habere locupletes.
in authent. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. considerauimus enim.colla.ij.
Interest reipub.ne crimina maneant impunita.
ff.ad l. Aquil.l. ita vulneratus. ff. de iud. l.si longius.§.j.& ff.depo.l.bona fides.ff. de noxal.l.iiij.§.cum dominus.ff.de fideiussor.l. si à reo.§.fin.C.de pœna.l.si operis.ff.de solu. l.si stichum, aut Pamphilum.in fin. primi respon.& C.de defens.ci.l.per omnes.
Interest reipublicæ, ne sua re quis male vtatur.
Institut.de his qui sunt sui vel alien.iur.§.sed maior.in fin.
Interitu speciei promissor liberatur.
ff.de verb.oblig.l.si ex legati.
Inter pares inuidia regnare solet.
not.glos.ff.quod met.causa.l.si cũ.§. eũ qui.
Inter patrem & filium, nulla exceptio potest cõtrahi.
l.inter patrem.ff.de contrahen. empt. sed de rebus castrensibus potest. vt in eadem lege.
Inter patrem ergo & filium, nulla lis esse potest, nisi ex castrensi peculio.
l.lis nulla.ff.de iudi.& vid.glos.
Inter priuationem & habitum non est dare medium.
ff.de verb.sig.l.hæc verba.iij. Contrà, de l.j. §.sciã.ff.de tribu.& ibi in glos.in verb.velle.
Inter si & cum nulla est differentia.

l.qui

l.qui promisit. ff. de condic. indeb. & ff. de verb.oblig.l.quæcunq;. Contrà, C. quando dies leg.ce.l.ex his.ff.de condic. & demonst. l.quibus diebus.
In testamentis plenius voluntates testantium interpretamur.
l.in testa.ff.de reg.iur.
In toto & pars inest, seu continetur.
ff.de reg.iur.l.in toto.& l.si quis, cum totū. ff.de excep.rei iud.ff.de pact.l.si vnus.
In venditionibus nō debet considerari affectio vendentis, sed debet æstimari quantū res cōmuniter valet. Nam precia rerum secundum veritatem, non ex affectione singulorum, vel vtilitate sunt æstimanda.
C.ad leg.falcid.l.precia.& l.prece. ff. ad leg. Aquiliam.l.si seruus.§.vj.
Inuidia reprobatur.
Instit.de l.Falcid.circa princip.
Inuito beneficium non datur.
ff.de reg.iur.l.inuito.
Inuitus nemo cogitur defendere.
ff.de reg.iur.l.inuitus.
In vrbanis prædijs medium prædium, quod non seruit non impedit seruitutem.
ff.communia prædiorum.l.in tradendis.
IPsis rebus & non verbis legem imponimus.
C.communia.de legat.l.ij.in fin.& de vsur. l.final.
IRacundia excusat à culpa.
Not.glos.in leg.iij.ff. de diuor. & re. Item minuit delictum.C. de adulter. l. Gracchus. & C.de aboli.l.ij.Item contractum rescindit.

ff.de publicanis.l. licitatio.& l. quicquid. ff. de reg.iur.Contra,C.de iniurijs. si non conuicij.§.si autem in rixam.

IS natura debet,quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.

l.cum amplius.ff.de reg.iur.

IVdex debet habere æquitatem præ oculis.

ff.de eo quod cert.loc.l.quod si ephesi.

Iudex de his quæ rarò fiunt,reputat miraculum.

in authen.de consu.collat.iij.

Iudex debet iudicare de illis de quibus cognouit.

ff.de iudi.l.de qua re.

Iudex debet iudicare secundum allegata & probata.

l.illicitas.ff.de offic.præ.

Iudex debet omnino inquirere veritatem.

l.is apud.C.de edend.

Iudex debet sententiam ferre in scriptis.

l.statutis.C.de senten.ex peri.reci.

Iudex nō debet aliquem sine causa citare, vel accusare.

l.cum hi.ff.de transact.

Iudex non debet esse mitior lege.

in authen.de iudi.§.oportet.collat.vj.

Iudex non iure pronuncians facit iniuriam.

Institut.de iniur.circa princip.ff. de euic. l. si per imprudentiam.

Iudex nō potest mutare pœnam à lege statutam.

l.finali.C.ne sanctum baptisma.

Iudex non potest suos subiectos compellere, vt in eum compromittant. ff.de ar.l.sed si in seruum.

Iudex potest suū errorē corrigere si malè sit ĩterlocut⁹

l.quod iussit.ff. de re iud. extrà, de appellat. c.cum cessante.de senten.excommunic. cap. sacro.

ſacro. & de accuſ. cap. qualiter & quando. quod facit contra aduocatos, & conſiliarios principum, qui ſuum errorem ſuſtinent.

Iudex quilibet poteſt de qualibet cauſa cognoſcere, q̃a ille poteſt, cuius officium eſt altiſſimum.

l. vbi autẽ nõ apparet. §. j. ibi cũ oppoſitionẽ. & ff. de verb. oblig. modo officiũ iudicis eſt altiſsimũ. ff. de iuriſd. oĩm iud. l. j. ergo quilibet iudex poteſt. & c. per. l. j. de dona. Cõtrà, d. l. magiſtratus. & l. ij. ff. de iuriſd. omn. iud.

Iudex ſemel functus ſuo officio ſiue benè ſiue malè, non poteſt amplius fungi.

ff. de reg. iur. l. iudex.

Iudex ſi quis ſit, arbitrium ſuſcipere eiuſdem rei, de qua iudex eſt, inve ſe cõpromitti iubere, probibetur.

l. Iulia: & ſi ſententiam dixerit, non eſt danda pœnæ perſecutio. Vlpian. in l. Sed ſi quis in ſeruũ. de recept. arb. Daretur enim anſa Magiſtratibus concutiendi ſubditos.

Iudicem precibus conſtituere non oportet.

ff. de iudi. l. obſeruandum.

Iudices & alij duces debent largè de rebus ſuis diſtribuere, & maximè eccleſijs.

in authent. de eo, qui eccleſiaſticã parua penſione. §. quid enim cauſetur. collat. ij. aliàs, eſt authent. de non alien. aut permut. re. eccleſ. §. ſinimus.

Iudicio quaſi contrahimus.

ff. de pecu. l. licet. §. ſed ſi filius.

Iudicium familiæ erciſcundæ non poteſt quis niſi ſemel intendere.

ff. famil. erciſc. l. ſi filia.

Iunius

Iuniores ſunt habiliores ad quodcunque artificium, quàm ſenes.
l.præcipiunt.ff.de ædil.edict. Contrà, C. de poſtu.l.prouidendum.

Iuramentum contra bonos mores præſtitum nullius eſt momenti.
in authen.de iuriur.à mor.præſ.propter mẽſuram ſubſtantiæ ſuæ.§.non ſolum. colla.v.

Iuramentum factum in pacto à iure communi remoto non eſt obſeruandum.
ff.de pactis.l.iuriſgen.§.fin.

Iuramentum non facit licitum, quod alias eſt illicitum.
C.de non numerat.pecun.l.final.

Iuramentum non tollit ius commune.
l.vltim.C.de non numer.pecun. & de tranſact.l.ſi ex falſ.

Iuramentum obtinet locum probationis.
ff.de iureiur.l.ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. & l. non erit.§.ij.ff.eod.

Iurans debet tenere, & tangere ſanctuariũ ſiue librũ, ſuper quo iurat.
in authent. iuſiuran. quod præſta. ab his. in princip.colla.ij.

Iure & non vi debitor conueniendus eſt.
ff.quod met.cauſ.l.extat. & C. de act. & ob-l.negantes.

Iure naturali omnes homines liberi naſcebantur.
l.manumiſsiones,ff.eod.tit.

Iuri pro ſe introducto, quilibet renunciare poteſt.
l.ſi quis.C.de pactis.

Iuris authoritas aliquem excuſat.
cap.inter alia,de ſenten.excommun.

Iuriſ-

Iurisdictio est iudicis danda licentia.
ff.de iurisdic.omnium iud.l.iij.in fin.
Iuris nomen à iustitia appellatur.
l.j.in princ.ff.de iustit.& iur.
Iuris præcepta sunt hæc: honestè viuere: alterum non lædere, ius suum vnicuiq; tribuere.
Institut.de iust.& iur. §.iuris præcepta.
Ius ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatuscon-sultis, decretis principum, authoritate prudentum venit.
ff.de iustit.& iur.l.ius autem ciuile. Item dicitur & ius ciuile, quod nec in totum à iure naturali, vel gentium recedit: nec per omnia ei seruit. ff.de iust.& iur.l.ius ciuile.
Ius dicitur locus, in quo ius redditur.
ff.de iust.& iur.l.final.
Ius est ars boni & æqui, cuius merito nos quis sacerdotes appellat.
ff.de iust.& iur.l.j.
Ius est lex firmißima, quò ad mundum.
Institut.de rer.diuis. §.sanctæ quoq; res.
Ius est res sanctißima, quo ad animam, quia eius præcepta, concordant cum diuinis.
ff.de iust.& iur.l.iustitia. §.iuris præcepta.
Ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur.
l.j.§.fin.ff.de iust.& iur.& l.omnes.in fin.
Ius honorarium est, quasi viua vox iuris ciuilis.
l.nam & ipsum.ff.de iust.& iure.
Iusiurandum pro veritate accipitur.
ff.de iureiur.l.sed & si.
Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit.
Instit.de iure nat.gent,& ciui.in princip.

Ius na-

Ius naturale immutabile est.
Institut.de iur.nat.gen.& ciu.§.penul.& vlt. Contrà,ff.de vac.re.l.ij.& ff.de condi.indeb. l.nã natura ĩ certo.in princ.& instit.de vsuc.

Ius naturale non constituitur per adoptionem.
ff.de adoption.l.qui in adoptionem. nec per epistol.C.de,pba.l.nõ nudis.& l.nõ epistolis

Ius oritur ex facto.
l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad l.Aquil.

Ius prætorium est,quod prætores introduxerunt,adiuuandi,supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam.& Honorariũ dicitur ab honore prætoris.
ff.de iust.& iur.l.ius autem ciuile.in fine.

Ius priuatum est,quod ad singulorũ vtilitatẽ pertinet.
Institut.eod.§.eo.

Iüs publicum est,quod ad statũ rei Romanæ spectat.
Instit.de iust.& iur.§.penult.

Ius publicum in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit.
ff.eod.l.eod.§.publicum.

Ius publicum pactis priuatorum mutari non potest.
ff.de pact.l.ius publicum.

Ius singulare est,quod cõtra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem, autoritate constituentium introductum est. ff.de legib.

Iussus iudicis aliquem excusat.
ff.de aq.pluu.arcend.l.quãquã autẽ. in princ. ff.de iurisd.oĩm iud.l.si quis id. §. doli mali. & de his qui notãt.infam.l.furti.§. qui iussu. ff.quod vi aut clam.l.iiij.§.nõ iure. ff. quod fal.tuto.aut.l.interdum. Contrà,C.de appella.l.quo-

la.l.quoniam

Iussus prætoris aliquem excusat.

ff.de iurisdictio.omniũ iud.l.si quis id.§.doli mali.ff.de mi.l.ait prætor.§.quod tamen.

Iussus principis facit aliqd licitũ, q alias esset illicitũ.

ff.de reg.iur.l.non videtur.

Iusta ignorantia, & probabilis debet excusare.

Instit.mandat.§.sed vtilitatis.aliàs,§.rectè.

Iustè deprecantibus nihil debet denegari.

ff.de his,qui sunt sui vel alien.iur.l.si dñs.§.sed dominorum.institut.eo.§. dominorum.

Iustè possidet, q autoritate p̃toris, seu iudicis possidet.

l.iustè.ff.de acquirend.possess.

Iustitia est constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens.

instit.de iust.& iur.in princ.& ff.eo.l.iustitia.

Iustum est eum teneri, qui princeps fuerit delicti.

ff.de seru.corrup.l.in hoc iudicium.

Iustum est vt ille, qui alium decipere credit suam sentiat iacturam.

in authen.de emphi.contrac.§.si quis. col.ij.

Iustus dolor in aliquo excusat.

C.ad l.Iul.de adul.l.Gracchus.& ff.ad l.Cornel.de sica.l.j.§.fin.& de adult.l.si adulteriũ.§.imperatores.

☞ Deest K. quia non est Latinorum litera, ideo non vtuntur ea, nisi in paucis quibusdam Græcis dictionibus.

DISTINCTIO
DECIMA.



Largius expendit, qui sperat sibi aliqua euenire.
ff.de pet.hæred.l. sed & si. §. si quis re sua.
Lata culpa dolo æquiparatur.
ff. si mensor fal.mo.l.j.
Latrones possunt quæstionari de feriato, fortè die paschæ, & possunt condemnari.
l.prouinciarum.C.de ferijs di.Cōtrà, de l.iij. C. de episc. aud . vbi dicitur omnia vincula dissoluuntur die paschæ.
Legatarius potest esse testis in causa testamenti.
ff.de testa.l.qui testamēto.instit.eo.§. penul.Cōtra:quia nemo testis in sua causa.etc. ff.de testi.l.nullus.C.eod.l.omnibus.
Legatum debet deferre emolumentum à quodam.
ff.de lega.iij.l.qui concubinam.
Legatum est donatio quædam in testamento relicta.
l.legatum.ff.de lega.ij.
Legatum relictum sub vna conditione adeptum videtur esse relictum sub contraria conditione.
l.aliquando.ff.de condit.& demonst.
Lege cauetur, quod iuris est in principali, & in accessorio.
ff.de accept.l.& si iusiurandum. §. & si fideiussori.
Legem superioris tollere nemo potest.
ff.de arbi.l.nam magistratus.
Leges dant formam, futuris negotijs.

l.leges

l.leges & conftitutiones.C.de legi.

Leges ab omnibus debent fciri & obferuari.

l.leges facratifsimæ. C. de leg. & l. iij. C. de legibus.

Leges egent armis.

ff.de rei vendic.l.qui reftituere.

Leges nobilißimos aperiunt thefauros.

§.nos verò.in procem.ff.

Leges non permittunt aliquem in paupertate viuere, nec in anxietate mori.

in authen.de hære.& fal.in fin.coll.j.

Leges non trahunt ad præterita negotia, fed ad præfentia & futura.

C.eod.tit.l.leges.

Leges fanctißimæ, quæ conftringunt vitas hominum, ab hominibus fciri debent, & obferuari.

C.de le.l.leges fanctifsimæ.

Leges funt intelligendæ fecundum materiã fubiectã.

l.quod fi quinto anno.ff.commo.

Leges funt facratißimæ.

l.leges facratifsimæ.C.de legib.

Legibus expreffum eft: illicitæ rei iufiurandum non oportere feruari.

in authen.quod eis.C.de nup.

Legis virtus eft, imperare, vetare, permittere, punire.

ff.eod.l.lege.

Legitime factum nullam pœnam meretur.

C.ad leg.Iul.de adul.l.Gracchus.& C.de admi.tut.l.fancimus. & ff. de reg. iur. l. nemo damnum.Sed contrà,C.de fecund.nupt. l. j. & in authen.de refti.& ea,quę pa.§. fin.& C. de rei vend. quoties.& ne tut.vel cur. l. j. &

C.rem alienam gerentibus.l.j.

Legitimum tempus est triennium.

l.properandum.C.de iud.

Legum auditores, noui Iustiniani nuncupandi sunt.

ff.in proœmio.§.in reliquam.

Legum correctio est euitanda.

C.de appell.l.præcipimus.in fin. C. cum expediat.de elect.in vj.

Leui præsumptioni non est standum.

ff.de minorib.xxv.ann.l.deniq;.

Leuis castigatio duntaxat permissa est docenti.

ff.ad l. Aquil.l.sed & si.

Lex debet esse de bono dubio, & de difficili casu.

l.quod Labeo.ff.ad Carb.

Lex est commune præceptum virorum prudentum consultum, delictorum, quæ sponte vel ignorantià contrahuntur coertio: communis reipub. sponsio.

ff.de legib.l.j.

Lex est donum Dei. l.ij.ff.de legib.

Lex est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti consule constituebat.

Institut.de iur.natur.§.lex est.

Lex est sanctio facta, iubes honesta, prohibẽs cõtraria.

l.nam & Demosthenes.ff.de legi.cũ ibi not.

Lex generaliter loquẽs nõ extẽditur ad casus contrariũ spectantes. l.nemo.C.qui re. fac. poss.

Lex non debet fieri propter bonas fœminas, quia raræ sunt: sed propter malas: quia multæ sunt.

vt ĩ l.scripta.ĩ auth.vt sine ꝓhibitiõe matres debi.& credi.§.quia verò.col.v. Nã ex his, quę fortè aliquo vno casu accidere possunt, iura nõ constituuntur. l.ex his. ff.de legibus.

Lex non debet imponi verbis, sed rebus.

l.ne in arbitris.C.de arbit.

Lex quamuis dura, ſeruanda eſt.

l.proſpexit.ff.q & à quib.xix.diſt.in nemo iã.

L*Ibellus debet offerri iudici, & ꝑ iudicẽ aduerſario.* C.de litiga.l.ij auth.litigioſa.Et not.quod aliquãdo offerens libellũ ſuper rei vendi.implorat iudicẽ vt interroget aduerſariũ vtrum poſsideat vel dolo deſierit poſsidere: quia ſi nõ poſsideret,talis actio cõtra ipſum eſſet inutilis.extr.de iudi.cap.examinata.Inſtitu. de interdic.§.retinẽdę. ſi verò neget ſe poſsidere,& tu poſsis ꝓbare quod poſſidet,& cautè velis agere,nõ debes intẽtare retinẽdę,ſed vt de mẽdacio puniatur.vt fiat de poſſeſſore petitor. ff.de rei vendic.l.petitor.& eſt duplex libellus:ſ.cõuẽtionalis,&accuſationalis. Primus,in ciuilibus:ſecũdus, in criminalibus habet locũ.in primo cõtineri debet nomẽ actoris,& rei & iudicis,corã quo litigatur & res,q̃ petitur,& dies in quo libell9 datur.Vnde ver.

Quid quis,coram quoquo iure petatur & à quo,
Hæc bene ſeruata quiſque libellus habet.

In ſecũdo verò debet cõtineri nomẽ actoris, rei iudicis,& crimẽ,de quo agitur,& quãdoq; ꝑſona,cũ qua crimẽ eſſe dicitur.& loc9 ĩ quo & dies accuſatiõis &ꝓfeſsio accuſatoris corã iudice:& mẽſis,ĩ q̃ eſt cõmiſsũ,dies aut hora.

Libellus eſt breuis ſcriptura,narrationem actoris in ſe continens: vt C.de appel.l.ampliorẽ.§.litigatores.& libellorum dictatores nõ debẽt vti verboſis aſſertionibus. l.ampliorẽ. §. in refutatorijs.C.de appell.

Liber homo non recipit æſtimationem.

ff.de his,qui eiece.vel effu.l.final.

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet,nisi vi aut iure prohibetur fieri.

Instit.de iur.person.§.j.

Libertas est res inæstimabilis.

ff.de reg.iur.l.libertas inæstimabilis.

Libertas omnibus rebus fauorabilior est.

ff.de reg.iur.l.libertas oĩbus rebus vt supra.

Libertas præferenda est commodo pecuniario.

Instit.de eo cui lib. cau. bo. adijciuntur.§. hi autem quos.in fin.

Libertas semel competens non potest retractari.

Instit.de eo cui li.cau.§.hi autẽ quos.in fin.

Libertini sunt,qui ex iusta seruitute manumißi sunt.

Instit.de liberti.in princip.& ff. de stat. hom. l.libertini.

Libertus tenetur præstare reuerentiam patrono suo.

l.j.C.de obsequijs.

Liberum corpus non recepit æstimationem.

l.j.§.sed cum homo.& l.fin.in fine.ff. de his, qui deie.vel effu.& ff.si qua pau.fer.dicatur. l.ex hac.sic nec res sacra.ff.de rer.diuis.l. sacra.& §.fin.

